00037675

NOT TO BE ISSUED
OUT OF THE LIBRARY.

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 21 October, 2015

# LEO THE TENTH.

THE

# LIFE

AND

# PONTIFICATE

OF

# LEO THE TENTH.

IN SIX VOLUMES.

*BY WILLIAM ROSCOE.*

*THE SECOND EDITION, CORRECTED.*

VOL. VI.

37675

LONDON:

PRINTED BY J. M'CREERY,

FOR T. CADELL AND W. DAVIES, STRAND.

1806.

१९४०.२३
ROS/Lif
37675

00037675

# APPENDIX.

## N°. CXXI.

(*Vol.* iii. *p.* 8.)

*Rymer, Fœdera. tom.* vi. *par.* i. *p.* 96.

*Litera Leonis Papæ ad Regem Angliæ.*

CHARISSIMO *in Christo Filio nostro Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Intelleximus ex Literis *Majestatis tuæ* eam ægrè molesteque tulisse Nos Venerabilem Fratrem et *Archiepiscopum Sancti Andreæ* in Regno Scotiæ, nostrum et hujus Sanctæ Apostolicæ Sedis Nuntium, cum Potestate Legati de Latere constituisse.

Quâ in re etsi cognoscere potuerit Nos rationem imprimis habuisse Dignitatis et Voluntatis Tuæ, quoniam ipsum *Archiepiscopum* ad *Tuæ Majestati* satisfaciendum ante omnia obligavimus, Isque id Nobis apertè se facturum recepit; tamen ea etiam consideratio Te in eam sententiam adducere potuit, ut considerares Nos nihil, quod Te offenderet, facere et statuere voluisse.

Quod ex omnibus Christianis Regibus et Principibus Tu Unus profectò es quem in Domino unicè atque summoperè diligimus, et in quo præter cæteros pro animi nostri affectu et propensione confidimus, cujusque Petitionibus et Postu-

 latis,

latis, aut etiam tacitæ Voluntati et Desiderio, quantum cum Deo potuimus, omnibus semper in rebus satisfacere concupivimus; cujus nostræ erga Te mentis Ipse optimus et locupletissimus es Testis; sed de his hactenus.

Quod autem *ad Archiepiscopum* attinet, ea statuimus quæ Tibi grata essent futura, quæque Te velle cognoscebamus, quemadmodum a Venerabili Fratre *Episcopo Wigorniensi*, Oratore apud nos tuo latiùs intelliges.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vicesimo secundo Aprilis; Millesimo quingentesimo decimo quinto, Pontificatûs nostri Anno tertio.

P. Bembus.

Dor.

*Carissimo in Christo Filio nostro Henrico Angliæ Regi Illustri.*

---

## N°. CXXII.

(*Vol.* iii. *p.* 11.)

*Sadolet. Ep. Pont. No.* 36.

Regi Francorum.

Charissime. Etsi obitu claræ memoriæ Ludovici, tui nuper Prædecessoris, audito, non mediocrem animi dolorem concepimus, quod magnum Regem, & nobis, ac Sedi Apostolicæ, præsertim extremis his temporibus, amicissimum, judicabamus amisisse; tamen, cum esset ad nos perlatum Majestatem tuam continuo, ut quidem decebat, summa omnium lætitia, & voluntate ad regale solium evectam fuisse, nova

nova gratulatione mitigavimus dolorem. Itaque commoti nostra erga te paterna benevolentia & charitate, quam etiam, cum tu esses in minoribus, susceptam, magnis & mutuis inter nos officiis nos aucturós speramus, has ad tuam Majestatem litteras direximus, nuncias cum nostræ ex tua amplitudine susceptæ lætitiæ, tum singularis erga te studii, & amoris. Nos te, charissime fili, semper judicavimus cum cæteris virtutibus omnibus, quæ magno Principi conveniant, ornatum, tum præcipua quadam præditum erga summum Deum pietate, in illius sanctam Fidem, & Romanam ac universalem Ecclesiam religione & observantia; cujus quidem rei egregiam alias laudem, nunc maximum ab ipso Deo præmium es consecutus, cum ejus recens in te tantum beneficium possis agnoscere. Eo enim auctore, & largitore, Reges, & Principes nationum constituuntur, quos tam præclaro munere devinctos, ad referendam Deo gratiam, & illius sanctissimam propagandam fidem, omnis et diurna, & nocturna cura debet excitare. Hac igitur de te spe, & opinione imbuti, gratias agimus primum Deo, deinde tuæ Majestati gratulamur, omni affectu & amore hanc dignitatem tuam complectentes, quam non solum optamus, sed etiam speramus toti Christianæ Reipublicæ ſore salutarem; nobis vero, qui te in nostræ visceribus charitatis gerimus, ac Sedi Apostolicæ, quæ in te filio suo primogenito acquiescit, jucundam etiam, & honorificam. Illud certè Majestatem tuam pro nostra afſectione paterna breviter admonendam putamus, ut consideratis secum diligentius superiorum temporum & rerum eventibus, nullam actionem velit putare, nisi quæ cum Deo, ac pietate, & cum Christianæ Fidei commodo conjuncta sit, dignam Christianissimi Regis aut virtute, aut nomine: cum cætera, quæ ab hoc ſine, consilia aberrant, & plena, semper sint ingratæ sollicitudinis, & eventus plerumque non habeant secundos. Quamquam hæc tu, Deo inspirante, tua prudentia diligentius cogitabis. Nos nostri erga te amoris fiducia parem nobis tuam voluntatem repromittentes, hac

 primo

primo in re abs te cupimus nobis satisfieri, ut de Ecclesiæ Narbonensi (quemadmodum nos destinavimus, & sicut ad claræ memoriæ Prædecessorem tuum scripseramus) velit Majestas tua libenter assentiri, ut dilecto filio nostro Julio Cardinali de Medicis provideamus; cum præsertim Prædecessor tuus recompensam Ecclesiæ Albiensis ei pollicitus, Vaurensem obtulisset, dictusque Cardinalis neutram sit assecutus, et utramque illarum cedere in tuam gratiam sit paratus. Cujus quidem Cardinalis tum virtus, et integritas, tum erga tuam Majestatem, & ipsius statum observantia & affectio, digna est quæ hanc suam erga se cognoscat liberalitatem: nobis quidem, qui eum & pro suis summis virtutibus, & pro consanguinitate ipsa vehementer amamus, Majestas tua faciet rem gratissimam, cui perpetuam gratiam debebimus. Die xxi. *Jan.* MDXV. Anno secundo.

---

## N°. CXXIII.

(*Vol.* iii. *p.* 15.)

*Lettere di Principi, vol.* i. *p.* 12.

Al Sig. Mag. Giuliano de' Medici, Capitan Generale di Santa Chiesa.

IO scrissi questi giorni à V. S. per la medesima via, per la quale mando la presente, & sarammi gratissimo intendere, che l'una e l'altra habbia havuto ricapito. Et se io pensassi, ch'ella si dovesse fermare per qualche tempo là, dove hora si trova, la pregherei, che si contentasse di mandarmi una cifra, accioche sicuramente le potessi scrivere, quando alla giornata m'occoresse degno d'aviso, si come hora qualche cosa m'occorrerebbe; il che non potendo sicuramente fare, mi

eleggo

eleggo di tacerlo. Solamente dirò, ch' io trovo il Christianiss. & Mad. sua madre (la quale può tanto, quanto ragionevolmente deve potere una prudentissima madre appresso un' obedientiss. figlio) tanto ben disposti verso Nostro Signore & V. S. ch'io più non saprei desiderare, avenga che nelle cose di sua Santità, et di quella, io non habbia già il desiderio troppo moderato, & gran fondamento fanno delle cose loro appresso Nostro Signore sopra il mezzo di V. Sig. La quale se le vorrà abbracciare, le se ne haverà buon grado, e tutte si rimetteranno in man sua, ò di chi V. Sig. ordinerà, pur che dipenda da lei. La quale, se vederà Nostro Signore ben disposto verso questa Maestà, com'io credo, & ogni ragion vuole che sia, non saria già bene lasciarle maneggiare a persona, che si facesse scudo et mezzo con l'autorita di V. S. & tutto il grado volesse per se, si come a qualche altro tempo s'è fatto. Nè si deve haver maggior rispetto ad altrui, che all' honor proprio, che sia massimamente per tirar tanto utile, quanto essa stessa saprà desiderare. Et se ben'io son certo, che senza il mio scrivere, V. S. assai conosce quanto carico le sarebbe, che altri che essa, trattasse appresso Nostro Signore le cose di questa Maestà; pure per troppa servitù scrivo molte volte quello, ch'è superchio, et che si potrebbe tacere. Nè creda V. S. che alcuno qui habbia, nè possa havere maggior' auttorità in trattar le cose di Nostro Signore & di questa Maestà, di quello che havera V. S. pur ch' ella voglia, overo i ministri suoi, di chi mostrerà fidarsi, & lasci pur dire, & scrivere chi vuole, che tale à Roma è predicato governator del mondo in questo nuovo stato, che si contenterebbe, se bene ha mutato patrone, non haver mutata auttorità, la quale ogni di sarà minore, se da V. S. non gli fie data. Et se voi Signori sarete savij, farete li fatti vostri per voi stessi, ò col mezzo de'ministri vostri, altrimenti non concluderete mai cosa che vogliate, nè si darà obligo alcuno à questa Maestà di far per V. S. se ben N. S. facesse molte cose a beneficio della detta Maestà; perche il tutto l'amico attribuirebbe alla destrezza

et

et auttorità sua, et non alla buona dispositione di chi le facesse. Dio dopo molt'altre felicità ha conceduto a V. S. d'havere un tanto Re non solo per parente stretto, ma ancora amorevolissimo, et che dimostra stimar tanto tal parentado, quanto se l'havesse con qual si voglia grandissimo Principe, ò Re. V. S. stimi all'incontro tal gratia sopra tutte l'altre, come quella, c'ha piu stabile fondamento. Et certo ho tanta paura, ch'una sì fatta occasione non si perda, che s'io non havessi temuto errare, me ne sarei venuto a trovar V. S. per satisfare all'animo mio, et alla servitù, che ho con N. Sig. et con essa. Questa cosa di Narbona m'ha assai levato dal venire, perche io v'era molto inclinato; basta c'ha havuto buon'effetto, et cosi haverà ogni altra cosa, che N. S. vorrà, solo che da sua Santità non manchi.

Aspetto di dì in dì qualche huomo di V. S. mandato per far riverenza a questo Re, il quale venendo, come mi par ragionevole che debbia venire, io li farò intendere quanto m'occorrerà. Governando quà il tutto la madre del Christianiss. si come è ragionevole, per esser, come ho detto, prudentissima, non sarebbe forse se non bene, che V. S. le scrivesse quanto si fida di me, et quanto ella liberamente può parlar meco delle cose di N. S. et di Vostra Sig. Che se ben questo non è molto necessario, mostrando la Eccellenza sua di credermi pur'assai, tuttavia stimo, che non potria se non giovare, massimamente havendo a questi dì il Malpasso scritto quà, che N. S. non si fida gran fatto di me in queste cose di Francia; et me'ha dato in ciò per compagno Santa Maria in Portico. Domane la Maestà del Re doveva fare la sua entrata in questa terra, la quale sarà superbissima cosa da vedere; pure questa sera piove, et essendo il tempo cattivo, si differirà ad un'altro giorno. Non ardisco dire, che i forieri, secondo ch'essi riferiscono, hanno dato in questa terra alloggiamento à forestieri per ottanta mila cavalli, ma ben dico, che io non vidi mai tanta gente. Fatta l'entrata, s'attenderà

s'attenderà alle giostre. Questa non è già lettera da scrivere ad huomo che si trovi à nozze, anzi le faccia. Vostra Sig. habbia patientia, et leggala in più volte, acciochè ad un tratto non rimanga stracca et del leggere, et dello scrivere. Et à vostra Sig. baciandole la mano, humilmente mi raccommando.

*In Parigi à i 14. di Febraro.* 1515.

Di vostra Illustriss. Sig. humiliss. servitore,

LODOVICO CANOSSA.

---

# N°. CXXIV.

(*Vol.* iii. *p.* 15.)

*Lettere di Principi, vol.*1. *p.* 14.

Al Mag. Giuliano de' Medici Capitano di S. Chiesa.

LA Santità di N. S. stà con grande ammiratione, et dispiacere di non haver nuove già son tanti et tanti giorni di voi, nè di vostro essere, et si duole grandemente di tutti i ministri vostri, che sieno si poco accurati, et tanto negligenti, che dopo l'arrivata à Nizza non habbiano avisato quà cosa alcuna de' progressi vostri, et più che niuno altro, da S. Santità, et da me, è ripreso M. Latino, di cui lo scrivere è principal cura. Nè si scusi con dire, che per essere in loco fuor di mano, non ha saputo ove indrizzare le lettere; percioche à Genova, ò à Piacenza si potevano ad ogni hora mandare per huomo à posta, che ben meritava il pregio, per avisar N. S. di quella cosa, che gli è più cara, che altra che habbia al mondo, cio è la persona vostra. Si che se volete levare ogni dispiacere à S. Santità, et tenerla molto consolata, fate che sia avisata spesso del bene star vostro.

Non

Non solo il Papa, et questi Signori vostri, fratello, nipote, et sorelle, ma tutta la corte stà con aspettation mirabile d'intender nuove di voi, et della Illustriss. Signora vostra consorte: nè credo, che con tanto desiderio fosse mai aspettata persona del mondo in parte alcuna, quanto è ella in questa terra, si per le rarissime parti, che s'intendòno essere in lei (che fanno che ciascuno desidera molto di vederla et d'honorarla) sì ancora per haver V. S. grandissima gratia. Deverete adunque avisar, con ogni diligenza et celerità, la partita vostra di costà, et quanto starete in camino, et quando credete arrivar quì; accioche noi di quà sapendolo, possiamo far poner in ordine tutte le cose necessarie. Et circa questo non vi dirò altro, aspettando da voi l'aviso del tutto.

Sapendo io, come M. Pietro Ardinghelli v'ha continuamente tenuto avisato delle cose importanti, non ho voluto darvi briga con lettere mie da x. giorni in qua; che prima per via di Piacenza vi haveva di mia mano scritto due lunghe lettere, lequali penso che sieno arrivate salve in man vostra. Scrissi, come Tomaso haveva lassato nel suo andar fuora Baccio vostro, per che espedisse molti negotij importanti, et così fu fatto. Con Ghingherli, et con chi già instava di voler Leonardo per suo parente, si concluse ottima amicitia et intelligenza, essendo inclinatissimi à fare il medesimo con gli altri, che sa Leonardo, se quel che Tomaso vuole per Leonardo, gli sarà concesso, che si spera di sì: percioche Ghingherli per lettere sue de' III. di questo, fa intendere à Tomaso esser contento di lassare ancora oltre all'altra ricompensa che già vi scrissi, il loco, et la terra, ove Leonardo mio già s'ammalò, et stette così grave, per darla a chi sapete. Resta hora, che chi ha à ricever questa ricompensa, et li suoi vicini difensori, se ne satisfacciano che si pensa, et si crede di sì, et quello, à chi è assimigliato il Conte Hercole, si rimanda al suo padrone à questo effetto, et si ricerca Ghingerli, che liberi del tutto gli altri due lochi, che hanno ad

esser

esser di Tomaso, ò à dir meglio, di Leonardo, et crediamo non vi sarà una difficultà al mondo, et Tomaso ne sta d'una buona voglia, che pur stamattina me l'ha detto, replicando voler, che Leonardo habbia tutti quegli altri luoghi, che altre volte ha ragionato, dando, come sapete, di tutti i beneficij ricompensa à coloro, da i quali vorrà li detti beneficij.

Bartolomeo, che ha la cifra, non è in casa, et però si fa senza usarla, massime venendo questa sempre per mano di cavallari nostri.

Monsig. Reverendiss. nostro, et il Mag. Lorenzo si raccomandano tanto tanto tanto alla S. V. che più dir non si potria. Quella si ricordi di scriver spesso alle loro Signorie, et à N. S. che doveva dir prima, et non manchi per niente, perche così richiede la riverenza di V. S. verso S. S. et l'amore, che porta alle lor Signorie: Monsig. Reverendiss. nostro hebbe il Placet dalla Maestà Christianiss. sopra la chiesa di Narbona, et tutto per opera della Illustriss. Sig. Madama d'Angolem. Onde V. Eccellenza puo di ciò render gratie in nome di N. Sig. à gli Illustriss. Signore Duca, et sua consorte. Avanti hierimattina fu spedita la cosa in Concistoro, et mandate via le bolle in Francia, come credo l'Ardinghello v'habbia scritto, et così de' capitoli, che Svizzeri hanno fatti con l'Imperadore, et Re Catolico, et Duca di Milano, della sustanza di che l'Ardinghello vi deve havere scritto, che gli diedi la copia de' capitoli d'essa confederatione. Laquale N. Signor non è disposto accettare per molti rispetti, parendoli conveniente, che, quando si facciano leghe, nelle quali S. Santità habbia ad essere inclusa, si debban fare, et stipulare appresso di lei, come capo della lega, et della Christianità.

Dice Tomaso che vuole si piglino et accettino le cose fatte da lui, non che lui habbia da accettar quelle fatte da altri.

C'è

C'è di Francia, che Inghilterra ha qualche fantasia di dar là sua vedova sorella al Duca di Soffolc, et che ella non ne è aliena. Tal cosa non si crede molto, e pur l'aviso vien da loro assai autentico.

Per questo anno si crede, che il Christianissimo Re non farà la impresa di Lombardia.

Inghilterra vuole, che per niente la sorella non istia in Francia.

Cesare, et il Catolico faranno ogni cosa, perchè sia moglie dell'Arciduca. Così viene scritto da i Nuntij nostri d'Alemagna, et di Spagna. Alro ch'io mi ricordi, non c'è di nuovo. Le feste di questo Carnevale lascerò scrivere ad altri. Io sol dirò, che lunedì il Mag. Lorenzo fa nel proscenio vostro recitare il Penulo, et darà cena nella vostra sala alla Illustriss. Signora Marchesana. Et domenica in Testaccio fa una bella livrea con Monsignor Reverendiss. Cibò di xx. persone vestite di broccato, et di velluto, che sarà un bellissimo vedere, à spese di N. S.

Non avisaste mai, se faceste la scusa vostra con Milano; se mandaste à Svizzeri, et a Sedunen, come fu ragionato, et ricordato; se faceste alcuno officio col Christianiss. Re, che di tutto pareva conveniente dar notitia a N. S. facendo, ò nò tali officij.

Ricordatevi, che dopo N. S. ogniuno mira a voi, essendo la persona vostra quella, nella quale i pensieri, i concetti, et i disegni del Papa si specchiano. Et anche vi ricordo, che ogni opera, et attion vostra non è considerata, et notata manco, che quella di N. S. Però prego V. S. per l'amor grandissimo, che le porto, che ogni giorno, se è possibile, s'intendano uscir da lei opere, et attioni, che sieno degne della prudenza sua. Et a lei mi raccomando. Di Roma A XVI. di Febraro. MDXV.

Il vostro Cardinal di Bibiena.

N°.

# No. CXXV.

(*Vol.* iii. *p.* 61.)

*Fabron. vita Leon. X. in Adnot. No.* 40.

*Leo X. P. M. Regi Christianissimo.*

CAPITA fœderis inter te atque me remque hanc publicam sanciendi ab Episcopo Tricaricensi Legato meo allata Romam, tanquam primordia, et quaſi fundamenta voluntatis utriusque nostrum (quod magnopere concupivi) consociandæ, libentissime vidi. Libentius autem ipsum Episcopum audivi. Plura enim mihi, et clariora de tuo optimo in Dei Ecclesiam atque nos animo egregiaque voluntate narravit. Quæ si vera ſunt, quemadmodum quidem puto, cum te de hac tua pietate atque mente vehementer laudo, nihil enim potes te dignius atque præclarius facere, quam nihil committere, quo te male gratum appellare Dominus tam in te largus, tamque beneficus possit; tum spero fore ut hoc virtutum tuarum specimen, quod quidem in tam tenera ætate nobis das, cum iis opibus, quas maximas atque amplissimas habes, conjunctum et consociatum universæ Reip. Christianæ magnum brevi adjumentum atque ornamentum afferat. Itaque ejusmodi tuæ et virtuti et pietati omnem nostram et Reip. dignitatem tuendam statui permittere, ut existimare plane possis mihi te et esse jam charissimum, et semper fore. Neque enim vereor, cum videas te a me plurimi fieri, quin statuas hoc in fœdere sanciendo honorem meum abs te neglectum iri non oportere, quemadmodum ab ipso Episcopo, quem quidem ad te, eadem celeritate qua est ad me profectus, intra biduum, aut summum triduum remittam, clarius omnia atque apertius intelliges. Vale nosque dilige. Dat. V. Kal. Octob. 1515. Anno III. Roma.

# N°. CXXVI.

(*Vol.* iii. *p.* 68.)

*Rymer. Fœdera. tom* vi. *par.* i. *p.* 105.
*Papa ad Regem, pro Polidoro Vergilio.*

CHARISSIME *in Christo Fili noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Commendavimus aliis nostris Literis Majestati tuæ Dilectum Filium *Polidorum Vergilium*, hujus Sanctæ Apostolicæ Sedis in Regno isto Subcollectorem; qui quidem in Carcerem tuo jussu conjectus est, pluresque jam in eo menses detinetur; hortatique sumus Te, pro tua in eandem Sedem atque Nos reverentia, proque Nostra in Te paternâ dilectione et charitate, velles eum liberum facere.

Cujus quidem rei, cum nihil dum actum abs Te intelligamus, has ad tuam Majestatem Literas dandas duximus; quibus etiam atque etiam id ipsum abs Te attentè atque enixè requirimus, tum etiam ut Collectori Domum quæque ablata ex ea sunt mandes restitui, neque patiaris ut ad Te frustra totiens de eadem re scripsisse videamur.

In eo prætereà *Majestas tua* Nobis gratissimum facie, si Dilectum Filium nostrum *Hadrianum Cardinalem Batoniensem*, tuæ Majestati deditissimum, resque ejus omnes fovebis, Tibique ipsas nostro Nomine commendatas facies.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris,

toris, Die Tricesimo Augusti, Millesimo, quingentesimo, decimo quinto, Pontificatûs nostri Anno Tertio.

P. Bembus

Dor.

*Carissimo in Christo Filio nostro Henrico Angliæ Regi Illustri.*

---

*Ju. Cardinalis de Medicis pro dicto Polydoro.*

*Serenissime ac Invictissime Rex et Domine, Domine mihi Colendissime, humilimas Commendationes.*

Nisi scirem quâ promptitudine Reverendissimus Dominus meus *Cardinalis Hadrianus* in causa *Collectoris* Se gesserit, ut *Majestatis vestræ* voluntati satisfaceret, quave fide et servitute in eam semper fuerit, minus audacter fortasse scriberem quam nunc facio pro *Polydoro ejus Servitore*, quem non sine molestia in Carcerem conjectum intellexi.

Nam quum Reverendissimus *Dominus Cardinalis* omnia fecerit quæ ex eo petebantur, et *Dominus Andreas* possessionem Collectoris acceperit, et omnia Acta transacta jam sint, Proindè *Majestatem vestram* plurimum rogo ne permittat talem Cardinalem et Servitorem suum tantam pati indignitatem, ejusdemque Servitorem sic diutiùs detineri, quem quantum magis ex animo possum, commendo *vestræ Regiæ Majestati*, et supplico ut dignetur mandare quòd liberetur; in quo faciet Sanctissimo Domino nostro rem valde gratam, Mihi gratiam singularem, et Ipsum Dominum Reverendissimum non mediocriter consolabitur.

Et felicissimè valeat *vestra Regia Majestas*, cui Me humillime commendo.

*Bononiæ,*

*Bononiæ*, tertia Septembris, Millesimo quingentesimo decimo quinto.

*Excellentissimæ vestræ Regiæ Majestatis,*
*Humilimus ac Fidelissimus Servitor,*
Ju. Cardinalis de Medici

Dors.
*Serenissimo et Invictissimo Principi Domino, Domino mihi Colendissimo, Domino Henrico Angliæ, &c. Regi.*

---

## No. CXXVII.

(*Vol.* iii. *p.* 70.)

*Fabron. vita Leon. X. p.* 93.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Accepit, quemadmodum Deo O. M. placuit, eas pacis conditiones, quas ei dedimus, Carissimus in Christo Filius Franciscus Rex Christianissimus, libentique animo nobiscum et cum Sede hac Sancta fœdus inivit, quam rem non solum eidem Sedi sed universæ Reipublicæ Christianæ speramus, ac confidimus in Domino maxime utilem et salutarem futuram. Nunc autem cum existimaremus ad ejusdem Sedis et Reipublicæ dignitatem magnopere pertinere, ut de tota re, ejusque partibus te reliquosque fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales quam primum consulamus, ut quæ agenda deinceps sint, communi omnium sententia constituantur, peto abs te, ut, omni mora postposita, quod commodo tuo fiat, Viterbium ad nos te conferas, qua in urbe ad III. Kal. Novembris erimus. Id erit et prudentiæ tuæ ac dilectionis, quam Apostolicæ Sedi Christianoque nomini debes, maxime proprium, et nobis vehementer gratum. Datum Corneti, sub annulo

annulo Piscatoris die xxi. Octobris MDXV. Pontificatus nostri anno III.

---

## No. CXXVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 75.)

*Ex relat. Anon. ap. Parid. de Grassis de ingressu Summi Pont. Leonis X. Florentiam. p.* 9.

ENTRO' la Santità di Leone X. dolla Porta a S. Gaggio, la quale trovò ornata di un bello e vago arco fatto a similitudine di quelli delli antichi Romani; dipoi se ne venne a S. Felice in Piazza, dove trovò il secondo Arco dove era l'immagine di Lorenzo suo Padre con un verso, che diceva: *Hic est Filius meus dilectus;* il che da S. S. veduto, e letto fu visto alquanto lagrimare; dipoi addirizzatosi su per via Maggio arrivò al Ponte a S. Trinita, il quale trovò ornato di due bellissime macchine: una era all' entrare del Ponte in forma di arco, nella sommità della quale era scritto, *Leoni X. laborum victori*, e l'altra era di là dal Ponte di verso S. Trinita, e quest' era un' altissima Guglia. Passato il Ponte arrivò a S. Trinita, e dipoi sul canto, dove si abboccano le due strade, una detta Parione, e l' altra Porta Rossa: quì vi era fatto un' altra Macchina in forma di un tondo Tempio, avanti al quale un Vestibolo in forma di Luna, nel fregio del quale erano lettere, che in sostanza significavano esser questa Città in protezione di due Leoni, e due Giovanni felicissimamente posarsi, intendendo per l'uno il celeste Batista, e per l'altro il terrestre de' Medici: dipoi addirizzandosi su per Porta Rossa, arrivato in Mercato Nuovo, quivi trovò un' altissima Colonna molto ben Gavorata, dipoi per Vacchereccia arrivò in Piazza de' Signori, dove sotto gli archi della Loggia, che de' Tedeschi si chiama, era fatta una grandissima Statua di Ercole colla Clava in sulla spalla, dipoi torcendo

cendo verso il Leone, che è sul canto della Ringhiera, quivi trovò un altro arco bellissimo, il quale era diviso in quattro, e per il suo mezzo faceva due strade, posato su otto bianchissime Colonne scannellate, nella sommità del quale era scritto: *Leoni X. P. Max. propter merita;* e così passando dal Sale, e da i Gondi arrivò al Palazzo del Potestà, dove era dirimpetto a Badia fatto un superbissimo arco, e allato alla Porta di detta Badia ve n' era fatta a similitudine di quella un' altra finta; e questo per non essere la detta Porta a dirittura nel giusto mezzo della via del Palagio a tale che la falsa dalla vera non si distingueva, e sopra quest' arco fu scritto: *Leoni X. Pont. Max. Fidei Cultori;* e seguendo la strada dal Canto de' Pazzi, e venendo da' Fondamenti quivi sul canto d' onde prima si scuopre la Cupola trovò un altro arco bellissimo, il quale sembrava tutto di rosseggiante Porfido, e per la sua mirabile struttura fu tenuto il più bello di tutti gli altri, nella sommità del quale era scritto: *Spes ejus in Domino, Leo X. Pont. Max.* e girando dietro a essi Fondamenti pervenne in sulla Piazza di S. Gio. dove la faccia di S. Maria del Fiore era tutta rifatta da terra fino alla cima del tetto, e mostrava con bellissima invenzione essere tutta di pallidi marmi, che per loro stessi denotassino per lunghezza del tempo, e per le continove piogge essersi dalla lor atural bianchezza neli colore dell' orientali perle trasformati.

La Chiesa dentro fu molto sontuosamenta ornato, e parata, e fatto un palco dentro in Chiesa, alto da tre cubiti, e largo dodici, il quale cominciava dalla Porta principale, e andava a dirittura su per il mezzo della Chiesa fino all' Altar Maggiore, su per il quale camminando il Pontefice, con quelli che erano seco, la sua benedizione al Popolo che in sul basso pavimento della Chiesa era largamente donava, e cosi per quello si condusse all' Altar Maggiore, dove fatte le debite solenni cerimonie S. S. si cavò il Regno di testa, e fu dato

dato a quello de' quattro Prelati, che di sopra dicemmo, il quale non lo aveva, e dipoi si cavò di dosso li paramenti, e rimase in bianchissimo Roccetto, sopra il quale si messe la Mozzetta di velluto rosso con il Berrettino in testa del medesimo, nel quale abito fece il resto della Via per infino al suo alloggiamento, e così uscendo di Chiesa, e passando dal Canto alla Paglia arrivò al Canto de' Carnesecchi dove era fatto un vago, e bellissimo Arco con 10 Ninfe, che cantavano, e trall' altre in un quadrato era dipinto un Leone, che colla propria lingua curava le piaghe di un ferito corpo, con un motto, che diceva: *Omne dulce in ore Leonis.*

Dipoi arrivato in sulla nuova Piazza di S. M. Novella, nel mezzo della quale era fatto un bello e grandissimo Cavallo, a similitudine di quei due, che sono in Roma a Monte Cavallo: Dipoi si transferrì in Via della Scala, e alla Sala, detta del Papa, dove era preparato il suo alloggiamento. Era con bella invenzione fatta una bella macchina all' entrare di detta Strada, e all' entrata di detta Sala un' altra, sebbene l' intenzione dell' Artefice, che quivi lavorò, era, che tal lavoro fosse continoyata dall' entrata della strada per infino alla Porta della Sala; ma dalla brevità del tempo impedito, non potette condurre a perfezione se non le dette due parti principali.

---

## No. CXXIX.

(*Vol.* iii. *p.* 76.)

*Parid. de Grassis, de ingressu Leon.* X. *Florentiam. p.* 1.

CUM per diversa loca Agri Florentini Pontifex solatianter spatiatus esset, et denique in Villa, quæ de Marignolle per-

mansisset, tandem die S. Andreæ inde venit ad Monasterium Suburbanum Monialium, dictum S. Gagii, ubi Corpus Christi repositum fuerat, pervenit *(sic)* ubi Cardinales in Cappis rubeis vestiti eum expectaverunt, et inde sola Stola super Albam paratus recedens descendit ad aliud Monialium Monasterium. Sic enim rogatus a Populo fuerat, ut ibi caperet paramenta, prout sanctæ memoriæ Eugenium (IV.) fecisse dicebant, et sic fecit; nam ibi Pluviale pretiosum novum induit, et ad urbem pervenit sequentibus Cardinalibus, ubi in Porta de more Crucem sibi a Cardinali de Medicis oblatam osculatus est sede ejus ad terram demissa, sic volente ipso, et ibidem incepit Thesaurarius Papæ pecunias in Populo dispergere, quamquam paucas, ut dixerunt. Ego autem ordinaveram, ut tria millia ducatorum dispergerentur in hoc Florentiæ ingressu, sicut sanctæ memoriæ Julius (II.) in ingressu Bononiæ.

*De aliquibus quæsitis super ingressu Papæ in Florentiam.*

Ceterum antequam Pontifex ingrederetur Civitatem, quæsivi a Sua Sanctitate, super quibus volebam resolvi, sicut est. In qua Ecclesia extra Portam velit induere paramenta, an S. Gagio, vel in Monticellio, et dixit quod in utroque volebat respective indueri propter consolationem Monialium, et propter suam commoditatem; et de hora ingressus dixit, quod de mane, quia sciebat propter ceremonias, et propter turbas, et longas vias esset in nocte vix hospitatus. An placeat habere cc. torcias ante Sacramentum, et fuit contentus; de Baldachino portando non voluit quod aliquis illud ferret, nisi Cives ordine ipsorum, dummodo Priores cum Vexillifero Justitiæ prima vice illud ferant, prout factum fuit: De Cubiculariis, et Scutiferis noviter creatis per Collegia, quæsivi quid vellet, et an ante, et supra alios ponerem, et dixit, quod ex istis, ille qui erat, antequam

quam assumeretur ad Papatum, præcederet, deinde sequerentur noviter creati, et ultimo loco irent, qui venissent tempore Paschali. De Datario, qui non haberet locum, an placeat facere illum Subdiaconum supernumerarium, etiam cum habitu, et loco; et placuit. An Thesaurarius, qui non est solitus portare Rochetum, pro illa die induat, et cum illo indutus absque Capello projiciat pecunias in Populo. Et an placeat, quod Umbella nova fiat, quia antiqua fuit demissa per oblivionem Romæ, et facta est una Umbella nova, similiter de Capellis ad minus duobus, pluribusve, idest in totum tribus papalibus, quæ antea ferantur, et factum est ita. An placeat, quod Sarcinæ ad minus quinquaginta antecedant pompam, et voluit cc. antecedant, cum omni ornatu, et ordine. De equis nobilibus, quot antecederent, et placuit quod centum optime ornati irent, quod nullæ bombardæ sonarent in ingressu propter stuporem dictorum equorum, et aliorum, ut nullum læderent, et factum est sic. An placeat, quod darem Civibus, et Magistratui ordinem pompæ, quem ipsi servare deberent, et placuit, dummodo nulla vexilla ferentur, sicut in Civitate Ecclesiæ, quia hoc relinquerem arbitrio eorum. An parari facerem aliquam collationem in Ecclesia altera, ubi Papa reciperet paramenta, pro ipso Papa, et Cardinalibus, et statuit, quod super hoc consulerentur Cardinales, et satisfaceret eis. Item quia Vexillifer Justitiæ, ut mihi dictum fuit, non intendebat cedere Cardinalibus, nec eis transeuntibus assurgere, an placeret, quod hi in hoc casu a me ipso admonerentur, ut suum errorem cognoscerent, et in hoc Papa misit ad Vexilliferum, qui tres Cives ad Papam destinavit, ut referrent suæ Sanctitati majoritatem, et auctoritatem Dominii Florentini, et Papa eos ad me remisit, qui fuerunt Jacobus Salviatus Cognatus Papæ, Robertus Acciaiolus, et Lanfredinus de Lanfredinis, qui cum multa mihi dixissent, præsertim, quod ipsi volebant suum Vexilliferum cum Dominis esse æquales Cardinalibus, ego subridens

vanitatem hujusmodi, jussi ut remanerent in Palatio suo, quia non solum non æquales ituri essent Cardinalibus, sed nonnisi ut scutiferi eorum, idest pedites ante frenum Pontificis; quod cum mihi credere non vellent, adierunt Papam, et cum nisu exposuerunt censuram meam, quasi ego vanitatem exposuissem eis. Pontifex autem meum judicium approbando dixit, aut non venirent in isto ingressu, aut si venirent, pedito incederent, et Baldachinum portarent, super quo facta est magna collocutio inter ipsos, et tandem acquieverunt in hoc verbo, licet ipsi Vexillifer, et Priores Domini, qui ante venerant ad Portam Civitatis ascenderunt certum pegma, sive taxillum, et ibi sedentes nulli Cardinali exeunti obviam Pontifici assurrexerunt, nec minus Caputium e capite deposuerunt, quod cum ego vidissem, statui, quod nullus Cardinalis transiens elevaret oculos ad palcum, sive taxillum illud, ne contingeret eos videri, aut audire, et sic Vexillifer, et Priores remanserunt in sua vanitate, præter id quod dixi Papæ factum, et Papa misit ad eos ut omnino Cardinalibus assurgerent, et caput denudarent, quod vix acceperunt, tamen acceptarunt; et fecerunt insuper ordinari, quod Vexillifer nullus Claves Civitatis offerret Papæ, sicut alii Magistratus consueverunt, et hoc quia ipsi Florentini Portam ad terram dejecerunt, et patefecerunt in totum. Quo autem ad sacram Processionem ordinavi, quod omnes de Clero Civitatis quantumcumque exempti venirent sub pœnis pecuniariis per me impositis, exceptis Monialibus, licet etiam Papa dedit Monialibus volentibus venire, et videre licentiam veniendi ad loca honesta, ita ut viderent, sed non viderentur, prout multa Collegia Monialium Claustralium venerunt, et aliquæ omnino abstinuerunt, multi etiam Religiosorum Conventus se excusare voluerunt, ne venire cogerentur, sed omnino venerunt, et comparuerunt, non tamen per vias ambulaverunt in processionibus illis, sed feci quod Vicarius Archiepiscopi assignavit singulis Regulis locum suum, in quo unaquæque Regula suum Altare quam festivissime erigeret,

et

et ibidem stantes cantarent, dum equitatus Papalis transiret a principio usque ad finem, quod placuit Papæ, et Cardinalibus, ac etiam Civibus universis; et si qua contentio erat inter aliquos, ut sæpe solet, Vicarius eas concordaret, et factum est de facili. Item ordinavi, quod ante triduum semper campanæ sonarent. Item, quod omnis Clerus indesinenter oraret pro serenitate Cœli, et pro iter agentibus, usquequo Papa reversus fuerit in Urbem. Feci quod cc. Torciæ portarentur ante Sacramentum per Clericos seculares et sub pœnis consignarent illas Sacristæ Matricis Ecclesiæ. Feci quod soli Canonici Matricis Ecclesiæ portarent baldachinum Sacramenti per vices, et non alii. Feci, quod Cardinails de Medicis Diaconus esset in Porta cappatus, ut offerret Crucem Papæ osculandam. Item ante valvas Ecclesiæ S. Reparatæ idem Cardinalis affuit cum Thuribulo, et Aspersorio, et super Altari cantavit versiculos et Orationem, et Archidiaconus incensato Pontifice inchoavit *Te Deum laudamus*, &c. Duo Baldachina fuerunt, unum album ex Damasco cum floribus aureis intertextis pro Sacramento, aliud autem aureum, idest ex panno aureo super Papam cum perticis auratis. Juvenes autem C. pedites in ornatu nobilissimo cum baculis auratis, et totidem equestres similiter exornati præter centum Cives equites, et Doctores, ac nobiles, qui omnes erant equestres in Ecclesia S. Reparatæ, sive S. Mariæ de Flore. Erat in Porta Ecclesiæ usque ad tribunam elevatus Pons, quasi duas cannas, et largus tres, sicut est in Ecclesia S. Johannis Lateranensis, quando fit Coronatio novi Pontificis, et hoc factum est propter populi multitudinem, quæ fuit innumerabilis; arcus erant XII. pulcherrimi, et ditissimi, æqualibus distantiis elevati, et super istis erant cantilenæ diversæ, quas Papa libenter audire videbatur, et inter arcum et arcum, erant variæ structuræ similes illis, quæ videntur in Urbe Roma, videlicet Obeliscus, sicut in Vaticano, Columna sicut in Campo Martio, et hujusmodi usque ad Sanctam Mariam Novellam, ubi Papa prima nocte quievit, qui locus

etiam

etiam magnifice exornatus est, et in ejus Campo erat Equus auratus magnus, sicut ante ædes Lateranenses. Ordinavi quod omnes carcerati liberarentur, sed non omnes liberati sunt, tamen multi, et quod omnes qui ex quacumque funeratione lugubres essent, luctum deponerent. Cardinales fuerunt tres Cappis rubeis, qui numero fuerunt xx. et Prælati in mantellis longis cum latis Capuccis, Papa autem fuit cum Pluviali pretioso amplo, et Thiara pretiosa, quam cum aliquandiu portasset, et gravaretur, deposuit, et illam Thiaram simplicem in via resumpsit, et sic usque ad Ecclesiam S. Reparatæ delatus ista, Perafrenariis suis subcollocantibus, etiam Juvenibus Florentinis ad hoc præparatis, et similiter aliis, qui Baldachinum vicissim ferrent, et deputavi xxx. Cives Florentinos, qui per spatia viarum custodirent, ne ordo per me deputatus Processionis alteraretur, et super his omnibus præfeci Dominum Julianum Prothonotarium de Tornabuonis qui ferulam gestaret, et faceret, sicut Gubernator Urbis Romæ, Processionem servari, prout fecit, et bene successerunt omnia. Ordo autem Processionis talis fuit, videlicet, Cursores, Equites, Sarcinæ Papæ, cc. Valisarii, et Familiæ Cardinalium, Nobiles Florentini Equites, Officiales Cancellariæ, et Cameræ Valisarii Papæ, et Scutiferi Papæ, Equifalerati xx, et Scutiferi Papæ quatuor cum Capellis, Procuratores Ordinum, et Principum, Cubicularii antiqui fuerunt in primo loco, tum illi, qui emerunt *(sic)* ultimo illi, qui venerunt, Accoliti, Clerici Cameræ, Auditores cum Magistro Palatii, Barones, Oratores, Principes. Inter Oratores fuit dissensio, quia unus Orator Hispaniæ voluit esse post primum Franciæ, cujus tunc erant tres, et sic voluit habere sub se duos Franciæ, sed illi non voluerunt, asserentes hanc disciplinam ab Oratore Hispaniæ alias datam fuisse, cum essent tres Oratores Hispaniæ, et voluerunt esse simul juncti, nec aliquo modo cedere Oratori Regis Angliæ, qui voluit esse post primum, et supra duos Hispanos; sed quia Hispani tunc non voluerunt, propterea nunc

legem,

legem, quam tulit, patiatur, sic cessit, et recessit, nec nunquam voluit amplius comparere; deinde Magistratus Florentinus omnes pedites, Guardia Papæ pedestres cum Capitano Equestri solo, Laurentius Medices cum quinquaginta pedestribus suis, Macerii Papæ sex tantum, alii discurrerunt. Hostiarii. Magister unus Ceremoniarum, Subdiaconi duo, Datarius supernumerarius a sinistris in habitu Subdiaconali, Clerus Cathedralis cum luminaribus ante Sacramentum, Clericus Cameræ, Capellæ cum lanterna, Corpus Christi sub Baldachino, quod Canonici portarunt, Cardinales omnes, idest Diaconi Presbiteri et duo Diaconi assistentes, Juvenes centum pedites; ego Episcopus Pisaurensis Magister Ceremoniarum, et assistentes; Papa sub Baldachino, quod Vexillifer, et Priores Domini portarunt per vices, et priores dicti semper pedites nudo capite antecesserunt, duo Cubicularii non caputiati cum Auditore Rotæ de Mitra, Medici duo cum Secretario, Thesaurarius, Dispensator pecuniarum in Populo, Macerius unus cum Umbella, assistentes Prælati, et alii Prælati, et Togati, et ultimo Milites Equestres, Guardia Papæ; et iste fuit ordo procedendi a Porta ad Ecclesiam S. Reparatæ, in qua via fuerunt per me ordinati cives, qui per spatia, ut dixi, custodirent, ne qua fieret pressura, aut scandalum, aut mora, ut solet quandoque a Juvenibus Mulierum inspectoribus. Pontifex primo accepit Regnum in capite, quod cum gravaretur in media via illo deposito, accepit leve Regnum, et delectabatur cum in quolibet arcu triumphali cantaretur aliquid in suam laudem, et firmabat gressum, ut omnia audiret, et intelligeret. In Ecclesia S. Reparatæ fuit suggestus altus ligneus, ut dixi; a porta usque ad Altare elevatus fuit, sicut in S. Johanne Lateranensi in die Coronationis, super quem suggestum soli nos Papam facientes ascendimus. Populus autem remansit inferius hinc inde per Ecclesiam; ibi Papa diutius solito oravit, et tandem Cardinale de Medicis Diaconos, qui erat Archiepiscopus Florentinus in Cappa sua rubea cantante versiculos, et orationem,

tionem, Papa benedixit cum indulgentia plenaria, et ibi exuit Pluviale, et accepit Stolam super rochetum, et delatus est in Monasterium S. M. Novellæ, ubi non est Ecclesiam ingressus, sed recta in ædes ingressus est, populo indesinenter in vitam et laudem Pontificis, et Domus suæ exclamante, et in nocte bombardis sine fine crepitantibus, quia ego in die sic ordinavi proper equos nostros, et multitudinem mularum timidarum, ne propter siliceas strātas in viis aliqui caderent.

---

## No. CXXX.

(*Vol.* iii. *p.* 81.)

*Parid. de Grassis, ap. Fabron. vita Leon. X. in adnot.* 44. *p.* 280.

DIE Martis XI. Decembris, anno MDXV. de mane summo, Cardinales omnes numero XX. in Palatio Papæ, intra cameram Legati, quæ tunc erat interius parata, congregati sunt, et collegialiter inde ad portam Sancti Felicis iverunt, et se extra illam in plano ad sinistram exeuntium firmaverunt, ita ut senior versus esset ad Regem venturum, et erant quidem omnes vestiti rubeis cappis, hinc inde duas alas, ut moris est, facientes: ubi postquam modicum quieverunt, ecce Rex in brevibus vestibus, medius inter duos Legatos adfuit, quem Cardinalis S. Georgii Episcopus Ostiensis nudo capite, et similiter omnes alii astantes Cardinales, cum eo, semper nudo capite stantem, et sæpius orantem, ut tam ipse Cardinalis, quam etiam omnes Cardinales cooperirent, verba fecit in latino aperto, et claro, ac simplici: sic enim eum instrueram de consensu Regis, nomine Papæ, et totius sacri Senatus, congratulando de sospitate Regis, et felici adventu, et optima

 voluntate

voluntate adversus Summum Pontificem, et Sedem Apostolicam, et Sanctum Senatum, et nomine Principis offerebat omnia, quæ in facultatibus essent suæ Sanctitatis, et Rex semper etiam ipse nudo capite stans respondit in vulgari suo Gallico, ut mihi quidem videbatur satis aperte, et convenienter, *se filium suæ Sanctitatis*, *et sanctæ Sedis Apostolicæ obsequentem amicum et filium* appellans, *cupidum omnium bonorum et commoditatum Dominorum Cardinalium*, *sicut patrum*, *et fratrum suorum*. Facta collocatione a primo usque ad ultimum Cardinalem osculati sunt eum in facie fraterne, quos Rex omnes intellexit a me ibi adstante, et cognovit qui essent singuli nominatim, et tandem Cardinales seniores præcesserunt, et Diaconi ultimum caput facientes, ut mos eorum est, ipsum Regem in medio duxerunt, videlicet Sanctiseverinas, et Estensis. Duo autem Legati tunc se ad partem vestiverunt, et in loco congruo incesserunt. Ordo autem venientium eorum, qui ex parte Regis erant, nullus servabatur, sed ibant omnes, ut eis placebat, nam neminem eorum ego agnoscebam, infiniti enim erant Barones, et Principes, illos tantum tres ego cognovi, de quibus supra dixi, quia Rex eos mihi monstrari fecerat, ut honorari facerem eos, et ego eos quidem ante Regem constitui, ut præcederent, sed ipsi subsequi voluerunt, et sic continuo subsecuti sunt, ac post eos duo Camerarii Regis, omnes Officiales Curiæ, quos Papa ab urbe Roma venire jusserat, hac de causa, ut Curiam Romanam repræsentarent. Adfuerunt quidem, sed nullus comparuit in ordine tali, ut Collegia viderentur esse, prout erant Araldi tres Regis, quos posui supra Mazerios nostros, idest viciniores Collegiis Cardinalium: sed quia alii erant tres Araldi trium Ducum, quos jam præmisi, posui illos ultra unam coppiam Mazeriorum nostrorum, sicut Mazerii nostri essent medii inter hos et illos. Campanæ omnes Civitatis, et inter eundum tubæ indesinenter infinitæ, et omne genus sonantium, populus infinitus processit ut videret, etiam Papa in fenestris superioribus stetit, et vidit, ac postea

postea modum meum, et ordinem commendavit, quod omnia quiete, et ordinate fecerim. Rex tandem ductus est a Collegio ad cameras suas, quæ erant inferius ubi solent Vexilliferi Justitiæ commorari, et ibi festiviter dimissus est a Collegio toto, prætterquam a quatuor Cardinalibus, videlicet duobus ultimis Presbyteris, et duobus ultimis Diaconis, qui continue manserunt societatem Regi facientes, ac etiam prandentes simul cum eo in eadem mensa. Interea alii Cardinales ascenderunt ad Papam, et illico prandium fecerunt in una Aula, ubi Papa non voluit quicquam comedere; quo facto ego accessi de mandato ad Regem, et inhibui ne veniret ad Consistorium, donec scirem an Papa in eo jam desideret, et sic ascendi, et vestiri feci Papam, et venire in Aulam ad Consistorium. Aula erat plenissima populo tam Bononiensi, et Curiali, quam etiam Gallico, intantum ut sæpe a pluribus dubitatum fuit de ruina, et ruptura ejus. Cardinales præstiterunt reverentiam Papæ solitam, et incepta Advocati propositione, qui fuit Dominus Julius Stephanutius Romanus, ego vocavi Sanseverinum, et Estensem, et duxi eos ad cameras Regis, unde dimisi duos Diaconos juniores ad Papam. Rex veniebat medius inter duos seniores, quem duo Presbyteri præcedebant, et sex Prælati assistentes Papæ sequebantur: tantus autem populus utriusque partis aderat, ut vix procedere possemus, et fuit opus quod Rex plures de suis disponeret ad valvas, et repagula, ut custodirent ingressum, quem nos vix attingere poteramus. Unde Rex, ut erat placidus, sæpe risit quod sic detineretur, nec posset ulterius progredi. Tandem, cum quasi per mediam horam detenti fuissemus, ascendimus, et duo Presbyteri, qui nobiscum erant, præcesserunt ad reverentiam Papæ, et vix illuc adire potuerunt, et firmaverunt sese ante Papam, hinc inde super gradibus summis solii, et non erant tanti aditus, ut vix ire posset Rex, quem primo præcedebat Sanseverinas, deinde ego simul coæqualis cum Rege, quem nunquam dimisi, semper eum per manum ducens, sic enim ipse volebat, nec me

me demittere volebat. Itaque ter, cum æquali, ante Papam in medio quadraturæ distantiæ genufleximus, Rex et ego ascendimus ad osculum pedis, et ridens ac jubilans pedem, et manum, et faciem osculatus, et dicens aliqua pauca verba in vulgari Gallico, per quæ demonstrabatur lætissimus, quod videret facie ad faciem Pontificem Vicarium Jesu Christi Domini Nostri, cujus filium, et servitorem præ se ferebat, deditissimumque ad omnia ejus mandata: adversum quem etiam Papa benignissime, et humanissime respondit, omnia hæc in Deum transferens, et Deo omnia attribuens, et in veritate Papa optime locutus est Regi, ut sui moris est semper bene loqui, tunc optime locutus est Regi: post quorum mutuam, licet non multam locutionem Rex, qui a facie ad faciem Pontificis erat, firmavit se in Pontificis dextera, me indicante, et tunc ego vocavi Reverendissimos Dominos Cardinales, ut ad solium venirent si possent, et vix pauci venire potuerunt: quibus ante Pontificem stantibus, Cancellarius Regis veste aurea longa indutus, et primo quidem genuflexus, per modum longæ, et ornatæ orationis obedientiam in forma solita, nomine Regis præsentis, qui primo voluit se detegere, quando præcisè verba obedientiæ recitabantur, sic enim ego eum instruxeram, sed Papa inhibuit ne detegeretur, et sic omnino recooperuit, et finito sermone Rex approbavit cum humiliatione capitis et humerorum, omne quod dictum fuerat per Cancellarium ejus, et Papa elegantissime, et commodissime repondit, commendans publice et multipliciter regiam fidem. Tunc vocavit tres illos Duces, qui venerunt ad osculum pedis, manus, et oris, et Papa eos benigne admisit. Rex interim cum Pontifice confabulabatur de ipsis Principibus, narrans eorum virtutes, et conditiones. Post istos Papa statuit nullos alios admittere ad osculum pedis, ne detineret Regem inanem, sed Rex vocabat hunc, et illum, et Pontifici commendabat; sic usque xv. vel xx. venerunt, quos omnes Papa osculatus est, ut priores illos tres, et tandem Papa surrexit, et vix de solio

suo,

suo, ac magis vix de aula exire potuit præ multitudine turbarum; et semper Regem manu sua sinistre deducebatus quequo apud lectum paramenta fuerunt, ubi Rege cum Cardinalibus dimisso exuit paramenta; interim vero Rex ad fenestram, quæ supra plateam respiciebat, accessit, et Papa mox ad eum accessit amicabiliter confabulans, et quia timebam ne propterea forte volens Regem honorare manum suam quodammodo ad biretum apponeret, sicut sæpius, et quasi semper faciebat Papa Alexander cum Rege Carolo, admonui ne id faceret, quinimo caveret, ne ipse Jesu Christi Vicarius in publico aliquem actum reverentiæ adversus Regem, nec etiam Imperatorem quantuncumque coronatum exhiberet, prout non exhibuit in publico saltem quantum viderimus. Itaque facta consalutatione, Papa licentiavit Regem, et Collegium Cardinalium eum reduxit in cameras suas, ordine quo a Papa in urbem venerunt, sed quando Rex cum Pontifice ibat, tunc ibat medius inter duos Episcopos Cardinales, ut infra dicitur.

---

## N°. CXXXI.

(*Vol.* iii. *p.* 83.)

*Exempl. in Biblioth. Vatican.*

ORATIO *habita Bononiæ coram Leone X. Pont. Max. in frequenti Cardinalium Concilio, ipso Rege Christianissimo presente, a Clarissimo et Illustri viro Antonio Prato magno Galliæ Cancellario. Tertio Idus Decembris* MDXV.

Si quisquam hominum B. P. justa aliquando de causa injunctum sibi dicendi munus respuerit, aut in alium quemvis hominem

hominem aptiorem magisque exercitatum rejecerit, nemo certe inficiabitur æquissimo jure uni mihi idem licuisse, si modo hinc curarum negociorumque molem, qua in dies magis et magis obruor, illinc virium tenuitatem, reique pondus diligenter examinet. Nam quis quæso tantam dicendi vim, fiduciam, facultatemque præsumpserit, qui ubi Majestatis tuæ B. Pater radios fulgoresque senserit, Reverendissimosque istos Patres firmissimas Christianæ Reipublicæ columnas cardinesque inspexerit, non ei statim præ metu singultantia interruptaque verba excidant? lingua timore balbutiat? genua formidine titubent? cor palpitet? capilli rigeant? vultus palleat? pluribusque locis hiulcam et nimis fatiscentem orationem abrumpat? Nedum ego, cui ne horam quidem a forensibus negociis, aulicisque tumultibus et curis respirare licet citra nominis et famæ periculum in tam celebri Patrum, eruditorumque virorum consessu atque ordine, et in tam eminenti totius Reipublicæ Christianæ theatro hoc dicendi munus tractavero, nisi obvias nobis ulnas, mitemque et facilem vultum B. P. ostenderis, frontem exporrigeeris, ablegataque procul omni severitate, facilitatis comitatisque radio nos aspexeris, inprimisque benignam tuam illam auram, et humanitatis zephyrem nobis arridens, lætusque spiraveris, qui non tuæ tamen S. paternitati, sed toti etiam genti et familiæ Medicum (ut pleræque aliæ virtutes) peculiaris semper fuit. Nam præter hoc, quod familia tua propria quodam et gentilicio jure virtutes omnes, bonasque disciplinas indefesso semper studio amplexata sit, quod rem ipsam literariam non minus quam omnes literatos juverit, quod privatorum omnium et amicorum causas ex fide semper et jure tutata sit, quod eos a vi et injuria defenderit; maximis etiam in Remp. Florentinam meritis principem locum fere semper in ea civitate meruit, summos semper honores, maximosque magistratus adepta est, in quibus administrandis tam et pie semper, tanquam et modeste, et prudenter se gessit, ut quamdiu sub ductu, auspiciisque Medicæ domus Florentina res fuit,

fuit, semper floruit; in diesque uberiora sui et ampliora incrementa senserit, jamque et nunc et in posterum in eam civitatem ex istą vestra fœlici domo majora in dies augmenta proventura sperantur: quæ fortissimus Leo de tribu Medicum ad Pontificatum divinitus assumptus es; qui naviculam Petri variis bellorum fluctibus procellisque diu multumque agitatam; laceram fere et magno fortunæ ventorumque ludibrio expositam, e naufragio (cui temporum malignitate pene proxima fuerat) per syrtes et scopulos primum eximeres; deinde in tutissimum portum tanquam peritissimus nauclerus, reduceres. Et tali certe Leone Christiana Resp. tum egebat, qui pro tempore rerumque varietate et conditione, varias quoque ipse personas indueret, ut si forte a mari tempestas orta nuncietur, quæ Petri cymbam in brevia vel scopulos vi ventorum impellat, tum Leo naucterus factus et una manu clavum, altera remum tenens, a tempestate et periculo eam liberam tutamque asserat; si vero a terra metus et discrimen ingruerint, ut pote lupis, ferisque bestiis Dominicum gregem infestantibus, tum Leo Leonis persona retenta, lupos dentibus unguibusque laniet, et rugitu territos procul ab ovibus arceat; quod si fœda scabie aut tabe (quod abominor) gregem infici, aut alio quovis genere mali vexari contigeret, tum Leo pastoris personam induat, qui dispersas primum, palantesque oviculas sedulo colligat; collectas aspiciat; quo morbidas et mala viciorum contagione pollutas curet, curatas lætissimis herbis et salutari pabulo reficiat; refectas plenasque in septa reducat, ut tandem ex Dei optimi Maximi, ejusque pastoris vigilantissimi voto fiat unum ovile et unus pastor. Id quod tam abunde B. P. hi tui sanctissimi mores, hoc tuum divinum ingenium, hæ virtutes, hæ disciplinæ, hæc denique pietatis et religionis plenissima instituta, fœlici nostro seculo præstiterant, ut his motus Invictissimus Princeps noster Franciscus nihil unquam posthac aut charius, aut antiquius duxerit, quam per legatos, oratores, nuncios, privatasque et familiares epistolas qualem in te B. P. obser-

vantiam,

vantiam, pietatemque semper habuerit, modis omnibus significaret et ostenderet. Qua quidem in re præcessorum Regum et majorum vestigia secutum nemo non videt, qui ubi primum divino cœlitusque misso chrysmate delibuti fuerant, nihil antiquius justiusque duxere, quam Pontifici maximo, et Apostolicæ sedi aliqua in re gratificari, et nomen ejus autoritatemque ampliorem augustioremque facere, quantoque pietatem illi suam pluribus nominibus testatam reliquissent, tanto sibi totique regno melius fœliciusque consuluisse crederent; adeo certe Galliarum Principes et Reges in hanc Sanctissimam Sedem prompti semper affecti benevolique fuere, ut nisi multis in eam obsequiis beneficiisque collatis regnandi initia fecissent, non se satis antiqua et vetere Christianissimi appellatione dignos esse putarent, quorum si exempla et uberrima et amplissima repetere incipiam, et tibi B. P. non mediocre tedium, et mihi ipsi quoq. non parum impedimentum afferam. Ideo ne diutius tuam istam Beatitudinem teneam, et in recensendis Francorum Regum in Apostolicam sedem meritis diem totum absumam, hoc unum tantum profiteri audeam, nullos unquam Imperatores, nullos Reges, nullos denique Christianos Principes tantum pro Catholica Fide asserenda, pro Christi nomine defendendo, pro Apostolica sede aut in dignitate retinenda, aut in antiquum venerationis majestatisque statum restituenda laborasse, quantum olim Franci Reges pro ingenita sua in Romanam sedem et summos pontifices observantia et devotione fecerunt. Quibus et peculiare et pene semper hereditarium fuerit se se acerrimos et assiduos Apostolicæ sedis defensores et indefessos propugnatores prestare, adeo ut Illustria Francorum Regum pro summis Pontificibus edita facinora, celebres victorias et parta totiens ex hostibus trophæa non solum Gallia, sed universus orbis et admiretur et prædicet. Non velim B. P. vosque Reverendiss. viri putetis Principes Gallos eo jam vecordiæ, eo negligentiæ et oblivionis decidisse, ut spretis majorum suorum vestigiis ab hac Sacrosancta et Apostolica

tolica sede animum mentemque abalienaverint, aut devotionis fideique vela verterint; quin potius eos in fide et reverentia a majoribus accepta perstare semper existimetis, eoque animo, ea mente, eaque in hanc Sanctissimam Sedem observantia in qua semel nati sint morituros, talesque esse de quibus vel in dificilibus arduisque rebus vestris omnia spondere, pollicerique possitis, idque nunc maxime dum apud eos rerum potitur Franciscus hic Rex Christianissimus, et huic sacrosanctæ Apostolicæ Sedi devotissimus, cujus fidem observantiamque vel hoc solo argumento facile colligere licet, quod licet non pauca postquam ardua alpium juga cum exercitu superavit a multis ei palam passimque dicerentur, quæ animum ejus vel quantumvis mitem facilemque offendere, et a Sanctissima Majestate tua alienum facere potuissent, tamen cum abest ne quid inde mutaverit, ut in fide etiam ac devotione constantior factus malivolos ipsos, clande stinosque et pestilentes susurratores procul a se rejecerit, atque ut illam singularem observantiam et devotionem quam ergo tuam istam Beatitudinem Christianissimus Rex semper inviolatam, intemeratamque continet Sanctissimæ tuæ Majestati coram et presens exhiberet, nulla sumptuum mole, nulla viarum difficultate, nulla periculorum magnitudine territus, per rupes et saxa, per valles et præcipitia, nemora, saltus, flumina, per æstus et ignes, perque infensissimas et confertissimas Helvetiorum Phalanges ad te B. P. advenit, ut quam cæteri Reges et Christiani principes alieno ore et per procuratores filialem obedientiam exhibere soliti sunt, eam ipsam Leoni, Franciscus, Patri, Primogenitus filius, summo Pontifici, Rex maximus; Reip. Christianæ moderatori et principi, Christianissimus Princeps coram et citra alterius operam catus supplexque exhibeat, atque ut eam provinciam quam primum expleat re in primis verissimum Christi Dei Optimi Maximi in terris Vicarium Sacrosanctum et majestatis plenum Christianissimus Rex agnoscit. Invictissimum Populi Christiani ducem profitetur. Vigilantissimum Do-

minici

minici gregis pastorem prædicat. Intrepidum fluctuantis naviculæ Petri rectorem observat. Indulgentissimum totius humani patrem reveretur. Divinum hominem obviis manibus, apertis brachiis, et devotissimo animo, veneratur. Tibique et simul Apostolicæ Sedi devovet ac dedicat quicquid opibus, facultatibusque potest, quicquid viribus pollet, Fortunas omnes, copias, classes, exercitus, universum Regnum, Ducatus, ac semetipsum promptissimo animo, et constantissima fide offert, et ante Sanctitatis tuæ deosculatos pedes deponit. His ergo omnibus tuo jure utere; pro tuo arbitrio dispone. Utere inquam B. P. in quancumque catholicam expeditionem firmissimo Christianissimi Regis exercitu: utere Gallicis victricibus copiis, utere Francorum signis, et simul excipe fortissime Leo fortissimum Franciscum; Indulgentissime Pater, obsequentissimum filium; qui tuus e religione, tuus jure, tuus more majorum, tuus consuetudine, tuus fide, tuus voluntate, et quem non minus re et opere, quam verbis et oratione promptum semper paratum expeditumque invenies, nec minus brachio quam lingua pugnacem omni ævo experieris. Excipe etiam B. P. Gallos omnes devotissimos filios tuos; qui ea mente animas et corpora Sanctitati Tuæ commendant, quo te animo hoc est promptissimo et lætissimo, in pastorem accipiunt; quicquid habent aut virium aut facultatis ante scabellum pedum tuorum promptissime deponunt. Dixi.

 No.

# No. CXXXII.

(*Vol.* iii. *p.* 88.)

*Fabron. vita Leon. X. in Adnot.* 41.

UNUS Baro, ad Pontificem exclamavit, dicens in ſuo vulgari Gallico, quod ex quo non potuit communicare de manu Papæ, et deſiderabat, ſaltem volebat Papæ confiteri, et cum non poſſet propius accedere, ſic ut in aure Pontificis poſſet peccatum ſuum confiteri, alte dixit, ſe confiteri quod contra Papam Julium quantum potuiſſet etiam malo animo hoſtiliter præliatus eſſet, et ſuas cenſuras non curaſſet. Quod Rex audiens ſubdidit, et ſe quoque in eo peccato fuiſſe et eſſe. Poſt Regem multi Barones idem dixerunt, et veniam petierunt: adverſus quos omnes Papa apertam manum proferens, benedixit et abſolvit. Quo facto dixit Rex: Pater Sancte, non miremini ſi omnes iſti ſunt inimici Papæ Julii, quia ipſe etiam fuit maximus inimicus noſter, et non cognovimus noſtro ſæculo terribiliorem hoſtem in bellis, quam Papam Julium, qui in veritate fuit prudentiſſimus Capitaneus, et melius fuiſſet imperator exercitus, quam Papa Romanus.

# No. CXXXIII.

(*Vol.* iii. *p.* 93.)

*Fasciculus Rerum expetend. et fugiend. tom.* i. *p.* 68.

INCLYTISSIMÆ ATQUE OMNIUM *Studiorum matris, eminentissimæ Universitatis Parisiensis contra Leonem Decimum, in robur ac firmamentum Sacratissimi Basiliensis Concilii, non contemnenda Appellatio, in qua, omnes ferme (quæ in Ecclesia Dei sunt) abusus, apertissimè enumerantur.*

UNIVERSIS præsentes literas inspecturis, Rector et Universitas magistrorum doctorum, et scholarium Parisiis studentium, Salutem in Domino. Notum facimus, quòd nos apud Sanctum Bernardum Parisiis super infrascriptis, et aliis nostris negotiis agendis, per juramentum convocati et congregati, modo et forma contentis in quodam codice papyreo, cujus tenor inferius describitur et inseritur, provocavimus et appellavimus, provocamusque et appellamus. Cujus quidem codicis papyrei tenor sequitur, et est talis. Præmissis expresse protestationibus, quòd contra unam Sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam, quam totius orbis esse magistram, et obtinere principatum credimus, sanctæque sedis Apostolicæ authoritatem, ac Sanctissimi Domini nostri Papæ, bene consulti, potestatem nihil dicere intendimus, si quid ex lubrico linguæ forsan male dictum sit, parati emendare. Sed quoniam is qui vices Dei gerit in terris, quem Papam dicimus, quamvis à Deo potestatem immediate habeat, per hanc potestatem non impeccabilis efficitur, nec potestatem peccandi accepit; ita ut si quid, quod injustum est, faciendum esse præceperit, patienter sustinere debeat, si non fiat quod ei pravâ fuerit insinuatione suggestum ei-

que parendum non sit, si quid contra divina præcepta statuendum esse decreverit: Imò ei resisti jure potest: quod si illi potentum auxilio falsâ forsan suggestione, vel minus sano consilio deceptorum adjuto resisti non potest, sublataque sint resistendi remedia, unum tamen jure naturali proditum est, quod nullus princeps tollere potest appellationis remedium, cum sit quædam defensio quæ jure divino, naturali et humano cuique competit, quæ non potest auferri à principe, ut in cle. pastoralis de sen. et re. judic. et no. splendor ille Canonistarum Inno. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. Ad hujusmodi ergo appellationis remedium, quo oppressi relevantur, confugientes, Nos Rector et Universitas studii Parisiensis, Illustrissimi ac Christianissimi principis nostri Francorum regis, filia primogenita, antiqua studiorum parens, vice ac nomine nostris, singulorumque doctorum, magistrorum et scholarium Parisiensium studentium animoq. et intentione provocandi et appellandi a personis, et gravaminibus infrascriptis, dicimus, et proponimus, nosq; loco et tempore opportunis et congruis probaturos offerimus, quæ sequuntur. Imprimis, quòd cum priscis illis temporibus hæreses multæ pullularent, plurimique errores insurgerent, et Christi fidelium dissidia orirentur, ecclesiasticique statûs deformatio conspiceretur, fuerunt sacra generalia Concilia provide statuta, in quibûs hæreses extirparentur, mores reformarentur, christicolarum dissidentium ad invicem reconciliationes fierent, prout sacrorum generalium Conciliorum incumbit officio. Et præcipue ante omnia, sacra Constantiense et Basiliense Concilia, quæ successive ac legitime in spiritu sancto congregata, universalem ecclesiam repræsentantia, quam plurima circa præmissa statuerunt, maxime circa status ecclesiastici, tam in capite quàm in membris, reformationem, quæ illis diebus præcipue indigere reformatione videbantur, cum deformitates in ecclesia Dei excrescere et mores corruptos eandem ecclesiam inficere conspicerent, ut repressis deformitatum scelerumque regnantium enormitatibus perniciosis, quæ per christianitatem

 (spretis

(spretis antiquorum patrum decretis et institutis salutaribus) multas clades, multaque discrimina injecisse videbantur, divinus honor refloreret in terris, lumen catholicæ veritatis, Christo vera luce auxiliante effulgeret, et ecclesiasticæ libertatis conversatio subsisteret, populusque Christianus salubriter regeretur, et ad salutem perduceretur æternam.

Et inter cætera perpendit ipsum sacrum Basiliense Consilium, qualiter per sanctos patres antiquos, sacri canones, salubriaque decreta pro felici regimine jam dicti status ecclesiastici, tam super electionibus, modisque, ministros ecclesiæ assumendi et instituendi conditi fuerunt, qui quandiu fuerunt observati, ecclesia Dei fructus honoris et honestatis felici ubertate produxit, disciplinæ ecclesiasticæ vigor perstitit, religio, pietas, charitas ubertim floruerunt, hominesque in quietudine animi constituti, Deum authorem pacis devotissime coluerunt. Sed postquam damnatæ ambitionis improbitas, et detestandæ cupiditatis insatiabilitas, humanitatis jura violando, ipsa sanctorum patrum decreta paulatim cœpit deserere atque contemnere, et in vitia ruere, subsequutæ sunt deformationes status ecclesiastici, atque decolorationes, et usurpationes, præsertim per prælaturarum, dignitatumque, et aliorum beneficiorum reservationes, et gratiarum ad vacatura beneficia expectativarum à jure exorbitantium multiplicationes et innumerabiles concessiones, et alia gravissima et importabilia onera, quibus ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ graviter afflictæ, et fere ad extremam evacuationem et destructionem illis diebus ruere conspiciebantur. Cum beneficiorum ecclesiasticorum patrimonia et bona indigni occupabant, et sæpe dignitates, ac beneficia notabilia et opulentiora personis conferebantur incognitis, et indignis, quæ in eisdem beneficiis minime residebant, et animarum cura, quæ est ars artium, neglecta, velut mercenarii solum temporale lucrum quærebant, sicque cultus minuebatur

batur divinus, animarum cura negligebatur, ecclesiastica jura peribant, ruebant ædificia quæ magnificentia extruxerat decessorum. At clerici, literarum scientiis et virtutibus effulgentes, qui ad Christianæ plebis ædificationem salutarem vacare possent, quorum perlucida et salutaria documenta prædictam illustrarent ecclesiam, decorarent virtutibus, et moribus informarent, per quos, quasi per luminosas, ardentesque lucernas super candelabrum in domo domini positas (errorum tenebris profugatis) totius corpus ecclesiæ tanquam sydus irradiaret matutinum, eorumque fœcunda facundia cœlestis irrigui gratia influente, scripturarum ænigmata reserarent, obscura dilucidarent, dubiaque declararent, profundisque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius ecclesiæ fabrica, velut gemmis vernantibus, rutilaret, et verborum elegantia singulari gloriosius sublimata coruscaret, qui etiam regnorum, et rerum publicarum consiliis forent opportuni, propter spem congruæ promotionis eis ablatam, divinarum et humanarum scientiarum studia deserebant.

Insuper reservationum et expectativarum occasione capta de mortis alienæ votis ingerebatur, lites suscitabantur, contentiones et rixæ inter Christi ministros oriebantur, ambitio pluralitatis beneficiorum execrabilis fovebatur, pauperes clerici variis et innumeris personarum et rerum discriminibus subjiciebantur, et per callidos et calumniosos opprimebantur, beneficia quoque ecclesiastica per litium involutiones et multiplicationes sæpius injuste occupabantur, et sine divinis officiis sæpius remanebant, materia injustis vexationibus parabatur, abusus pestiferi, horrenda et detestanda specie labis Symoniacæ respersi committebantur, juvenibus bonæ indolis qui studiosis et virtuosis actibus intendere deberent, evagandi materia præbebatur, et breviter status ecclesiæ confundebatur, plurimaq. adversus divina, et humana jura in animarum perniciem, ac ecclesiæ et Regnorum atque Provinciarum, præcipue Regni Franciæ, et Delphinatûs Viennensium

sium oppressionem et destructionem perpetrabantur, quorum, quarumq. thesauri in extraneas regiones asportabantur, ut eo exhausto, sacerdotioque depresso, regna ipsa, et subditi debiliores in adversis redderentur, beneficiaque jam non gratis, juxta evangelicam doctrinam Christique præceptum, dicentis, Gratis accepistis, gratis date; et contra Concilium Lateranense, &c. unicum ut ecclesiastica beneficia cum summa ambitione et avaritia, aurique et argenti exactione conferebantur.

His igitur tam detestabilibus incommodis divinæ procul dubio displicentibus voluntati, saluberrimè providere cupiens Concilium Basiliense memoratum, contra hæc, saluberrima constituit et edidit Statuta et Decreta, volens et ordinans, ut tales ecclesiæ præficerentur pastores, qui tanquam columnæ et bases ipsam ecclesiam doctrina et meritis firmiter sustentarent, non quidem per reservationes generales ecclesiarum hujusmodi, sed per electiones et confirmationes Canonicas, juxta juris communis dispositionem, ecclesiis ipsis metropolitanis, cathedralibus, monasteriis, collegiatis ecclesiis, et dignitatibus electivis vacantibus, debite provideretur: Reservationes generales hujusmodi reprobando, (certis duntaxat exceptis) certam salutarem formam, antiquis formis à jure introductis adjiciendo.

Et insuper, ut per singulas ecclesias ministri instituerentur idonei, qui scientiis et virtutibus effulgerent ad Christi gloriam et populi Christiani salutarem ædificationem, reprobando multitudinem gratiarum expectativarum, quæ digniorum ministrorum institutioni et promotioni obviabat, ac reservationes quascunque beneficiorum, sive per papam sive per legatos reprobando ac nullas et invalidas declarando.

Voluit insuper, et statuit, ut per prælatos et eos ad quos beneficiorum collatio et dispositio spectare dignoscitur, viris studiosis,

studiosis, certisque qualitatibus specificatis præditis, qui per universitates generalium studiorum. eisdem prælatis et patronis nominarentur, canonice provideretur, certis modificationibus, et decreto irritan. adjectis. Præterea, ut fraterna charitas in clero et populo vigeret, et ne quis proximum suum indebitis vexationibus opprimeret; sed justitia ordine debito cuilibet ministraretur, ad obviandum infinitis abusibus et variis incommodis, quæ inoleverant, statuit, ut pro salute et quiete subditorum, justitia in partibus cum honestate et facilitate ministraretur, ne studium et alii subdita extra regna et provincias suas ad curiam Romanam traherentur et citarentur, ne etiam per hoc hujusmodi regnorum et provinciarum facultates exhaurirentur. Damnavit insuper hujusmodi sacrum Concilium abusum illum jam damnatum de annatis solven. salutifere prohibens illarum exactionem, et solutionem. Multaque alia sancta et salubria statuit idem Concilium ad divini cultus augmentum, ac salutem et quietem subditorum, quæ omnibus innotescunt. Quæ quidem statuta Serenissimus ille Princeps Divini nominis et ecclesiastici honoris exaltator devotissimus et conservator excellens, Carolus septimus Francorum Rex, in suo celebri Concilio ecclesiæ Gallicanæ Bituris celebrato, recenseri fecit, et ea sic salutifera et suo regno ac Delphinatui utilissima, saluti et quieti subditorum consulen. inconcussè servari præcepit, et per Regnum et Delphinatum promulgari fecit, prout conservata et observata fuerunt, ut ex eorum observantia cultus perseveravit Divinus, salus advenit subditorum, omniaque in eisdem regno et Delphinatu prospere successerunt.

---

Sed Romani propriis cupitatidus et commoditatibus inhiantes, attendentes his mediis aurum et argentum, sicut antea, ex dictis Regno et Delphinatu ad se pro suo voto non deferri, hujusmodi statutis invidentes, ea per Romanos Pontifices abrogari facere studuerunt, quod auxiliante domino hactenus prohibitum

extitit,

extitit, donec advenit Dominus Leo Papa Decimus, qui Romanis, plus debito, favens, in quodam cœtu in Romana civitate, quæ contra nos est, nescimus qualiter, non tamen in spiritu Domini congregato, cum quo nihil contra legem divinam, et sacra Concilia statui, decerni, aut ordinari potest; Opera enim quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me; præmissa tam salutifera statuta abroganda esse, nescimus quo fretus concilio, censuit, contra fidem Catholicam, et authoritatem sacrorum generalium Conciliorum veniendo, sacrum Basiliense Concilium damnavit. *In* quo inter cætera judicatum est, gloriosam virginem Mariam sine peccato originali fuisse conceptam, nec de illo habet ecclesia aliam decisionem. Quædam alia statuta pro libitu voluntatis (cum venia dictum sit) condendo, in perniciem Regni et Delphinatus prædictorum, et subditorum illustrissimi principis nostri Franciæ Regis detrimentum. Per hoc enim Canonicas electiones, quibus sancte et salubriter ecclesiis metropolitanis, cathedralibus, monasteriis, et aliis collegiatis ecclesiis eorundem Regni et Delphinatus providebatur, destruxit. Hujusmodi ecclesiarum provisiones, cum vacaverint, sibi reservando, collationesque et impetrationes beneficiorum non expresso vero valore irritas esse declaravit, subditorumque regni in prima instantia per Cardinales et curiales sedis apostolicæ passim vocari, et nominationes universitatum in parte reprobavit et damnavit, ita ut à modo si talia statuto tolererentur, non his quibus virtutum merita et literarum scientia, sed quibus pecuniarum acervus, et potentum favores suffragabuntur, ad ipsarum ecclesiarum non dicimus regimen, sed (proh dolor!) perniciem et ruinam assumentur, cum hujusmodi personarum mores et vitia non perscrutabuntur, et indigni sæpius ad regimen assumentur animarum, contra sacri generalis Concilii salutiferum statutum recte judicans nihil esse quod ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum, et propterea statuens, ut is ad quem pertinet electionis confirmatio processum electionis et electi per-

sonam

sonam diligenter examinet antequam eidem electo munus conſirmationis impendat, pœnam contra ſacien. imponens. Per hæc etiam et alia quæ idem Dominus Leo statuen. decrevit, viris studiosis, et literarum scientia pollentibus spem promotionis ademit: Et aptissimum modum ſacultates et substantiam totius regni et Delphinatus exhauriendi invenit, quo etiam hujusmodi regni et Delphinatus subditi improbis machinationibus ad curiam Romanam evocentur, et indebitis vexationibus ſatigentur hujusmodique sic noviter editis statutis, jam dictus Dominus Leo Papa serenissimum principem nostrum Franciscum regem modernum in partibus Italicis agentem in maximo strepitu armorum consensum præbere quorundam suasu coegit. Et ne promissionis infractor idem Princeps illustris videretur, jam dicti Domini Papæ monitis obtemperans, hæc quæ dicta sunt de novo edita statuta (quæ concordata vocantur) ruinam ecclesiæ, totiusque regni inde imminentem non attendens, nobis, dictaque universitate, et aliis, quorum intererat, non vocatis nec auditis, publicanda esse imperavit, non dijudicans, quàm ei, dictoque Regno et Delphinatui, ac subditis perniciosa esse viderentur. Ex quibus nos Rector et Universitas, gravatos læsosque et oppressos esse sentientes, cum per ea ad superius enarrata incommoda sensim devenire posse prospiciamus: Idcirco à domino nostro Papa non recte consulto jam dictique sacri Basilien. Concilii, et ei adhærentes pragmaticæ sanctionis statutorum abrogatione, novorum statutorum editione, consensus præstatione, ac attentata illorum quadam publicatione, et omnibus inde secutis et secuturis tam pro nobis quàm omnibus, et singulis suppositis ipsius universitatis, et nobis, ac illi adhærentibus et adhærere volentibus, ad futurum Concilium legitime, ac in loco tuto et quem liberè et cum securitate nos eadem universitas vel à nobis, et ab ea deputandi adire poterimus. Ed ad illum vel illos, ad quem seu quos de jure, privilegio, consuetudine, vel alias nobis provocare licet et appellare, provocavimus et appellavimus,

prout

prout in his scriptis provocamus et appellamus. Instanter, instantius et instantissime protestantes hanc appellationem prosequi per viam nullitatis, abusus, iniquitatis, vel injustitiæ. Et aliàs, prout melius poterimus, optione nobis reservata. Astantes in testimonium invocatum, addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, et in melius reformandi, omniumque alio juris beneficio, nobis ac nostris adhærentibus et adhærere volentibus semper salvo. Datum et actum Parisiis in nostra congregatione generali apud sanctum Bernardum solenniter celebrata, Anno Domini MDXVII. die vicesima septima mensis Martii ante Pascha.

---

## No. CXXXIV.

(*Vol.* iii. *p.* 97.)

*Parid. de Grassis, de ingressu, &c. p.* 41.

CUM propter extremam rerum omnium penuriam, seu potius miseriam insupportabilem qua Populus Florentinus Curiales, ut inimicos, persequebantur, ego Florentiæ stare non possem, nec vellem, inde discessi, invitatus a Reverendissimo Domino meo Cardinali Germano de Grassis, et Bononiam petii, ubi e contra omnium victualium abundantissima affluentia erat; et ibi mansi, usque quo intellexi Pontificem deliberatum esse inde discedere, et sic die Lunæ XI. Februarii recessi ex Bononia, et veni Florentiam ad Papam, qui me licentiavit, ut ad Urbem Romanam venirem simul cum Corpore Christi per viam rectam, et licet marit el consultus fue Papa præmittere Sacramentum per tot dies ante Pontificem, quia ipse per aliam viam non rectam intendebat at Urbem redire, inde ad XII. dies et sic ire sine Sacramento, quod Pontifex nunquam deberet facere, tamen nihil ego replicavi ad

ad hæc, ne forsan Papa mandaret ipsum Sacramentum, et me simul cum eo expectare, quod mihi non placebat stare in ea miserrima civitate, ideo eadem die inde recessi cum celeritate, et ad Urbem die Sancti Petri in Cathedra perveni, et simul cum Sacrista, et aliis Prælatis dimissimus illud in Ecclesia de Populo, sicut Papa *jusserat*. Hoc autem tempore, quo ego Bononiæ mansi, dimisi substitutum meum Hippolitum Morbiollum, sic volente Pontifice, et ipse, omnia quæ occurrerunt, executus est, tam quò ad distributionem Cereorum in die Purificationis, et Cinerum in prima die quadragesimæ, quam ad alia omnia pertinentia ad officium Ceremoniarum, quæ quidem omnia sicut fuerunt per ipsum executa, ita etiam per eundem scripta.

---

## No. CXXXV.

(*Vol.* iii. *p.* 100.)

*Di Giuliano de' Medici.*

SONETTO.

*In morte di Serafino d' Aquila.*

PERCHE hai Serafin, Morte, offeso tanto?
 " Che al Cielo e me fur sue virtù moleste."
 A te perchè? " Che un dì potea con queste
 " Farsi immortale, e tormi il regno e'l vanto."
Al ciel perchè? " Rubò del regno santo
 " E portò in terra il harmonia celeste."
Perchè il feristi con subita peste?
 " Che non potesse svolgermi col canto."

Dunque

Dunque è ribel di Dio? "Non; perchè ha ora
"Li Dei placati, e tanto piace e vale,
"Che chi quaggiù l' odìo, là su l' honora."
Tu hor che fai? "L' error piango e'l mio male.
"Non ho possuto far ch' in terra mora,
"E in ciel, no'l credendo io, fatto è immortale."

---

## N°. CXXXVI.

(*Vol.* iii. *p.* 101.)

*Di Lodovico Ariosto.*

### Canzone.

Anima eletta, che nel mondo folle,
E pien d'error, sì saggiamente quelle
Candide membra belle
Reggi, che ben l'alto disegno adempi
Del Re de gli elementi, e de le stelle,
Che sì leggiadramente ornar ti volle;
Perch'ogni donna molle,
E facile a piegar ne gli vitii empi,
Potesse haver da te lucidi esempi,
Che fra regal delitie, in verde etade,
A questo d'ogni mal secolo infetto,
Giunt'esser può d'un nodo saldo, e stretto
Con somma castità somma beltade:
Da le sante contrade,
Ove si vien per gratia, e per virtute,
Il tuo fedel salute
Ti manda, il tuo fedel caro consorte,
Che ti levò da le tue braccia morte.

Iniqua

Iniqua a te, che quel tanto quieto
  Giocondo, e al tuo parer felice tanto
  Stato, in travaglio e in pianto
  T'ha sotto sopra, et in miseria volto:
  A me giusta, e benigna, se non quanto
  L'udirmi il suon di tue querele drieto
  Mi potria far non lieto,
  Se ad ogni affetto rio non fusse tolto
  Salir quì, dove è tutto il ben raccolto,
  Del qual sentendo tu di mille parti
  L'una, gia spento il tuo dolor sarebbe;
  Ch' amando me (come sò ch' ami) debbe
  Il mio più, che'l tuo gaudio rallegrarti:
  Tanto più, ch' al ritrarti
  Salva da le mondane aspre fortune,
  Sei certa, che commune
  L'hai da fruir meco in perpetua gioia,
  Sciolta d'ogni timor, che più si moia.
Segui pur senza volgerti la via,
  Che tenuta hai sin quì sì drittamente;
  Che al Ciel, e a le contente
  Anime, altra non è che meglio torni:
  Di me t'incresca, ma non altrimente,
  Che, s'io vivessi ancor, t'incresceria
  D'una partita mia,
  Che tu havessi a seguir fra pochi giorni.
  E se qualche e qualch' anno anco soggiorni
  Col tuo mortal a patir caldo, e verno,
  Lo dei stimar per un momento breve,
  Verso quest' altro, che mai non riceve
  Nè termine, nè fin, viver' eterno.
  Volga fortuna il perno
  A la sua rota, in che i mortali aggira:
  Tu quel, che acquisti, mira,
  Da la tua via non declinando i passi;
  E quel, che a perder hai, se tu la lassi.

Noi

Non habbia ſorza il ritrovar di spine,
E de sassi impedito il stretto calle
Al santo monte, per cui al Ciel tu poggi,
Sì, ch' a l'infida, o mal sicura valle,
Che ti rimane a dietro, il piè decline:
Le piagge, e le vicine
Ombre soavi d'alberi, e di poggi
Non l'allentino sì, che tu v' alloggi:
Che, se noia, e fatica tra gli sterpi
Senti al salir de la poco erta roccia,
Non v'hai da temer' altro, che ti noccia,
Se ſorse il fragil vel non vi discerpi,
Ma velenosi serpi
De le verdi, vermiglie, bianche, e azurre
Campagne per condurre
A crudel morte con insidiosi
Morsi tra fior, ch'in l'herba stanno ascosi.
La nera gonna, il mesto, e scuro velo,
Il letto vedovil, l'esserti priva
Di dolci risi, e schiva
Fatta di giuochi, e d'ogni lieta vista,
Non ti spiaccian sì, che ancor captiva
Vada del mondo, e'l fervor torni in gelo.
C'hai di salir al Cielo,
Sì, che fermar ti veggia pigra, e trista:
Che questo habito inculto hora t' acquista
Con questa noia, e questo breve danno,
Thesor, che d'haver dubbio, che t'involi
Tempo, quantunque in tanta fretta voli,
Unqua non hai, nè di fortuna inganno.
O misero chi un' anno
Di falsi gaudii, o quattro, o sei piu prezza,
Che l'eterna allegrezza
Vera, e stabil, che mai speranza, o tema,
O altro affetto non accresce, o scema.

Questo

Questo non dico già, perchè d'alcuno
Freno a i desiri in te bisogno creda,
Che da nov' altra teda
Sò con quant' odio, e quant' horror ti scosti;
Ma dico'l perchè godo, che proceda,
Come conviensi, e com' è piu opportuno,
Per salir quì ciascuno
Tuo passo, e che tu sappia, quanto costi
Il meritar sì ricchi premij posti:
Non godo men, che a l'ineffabil pregi,
Che havrai qua sù, veggio, ch'in terra ancora
Arrogi un' ornamento, che più honora
Che l'oro, e l'ostro, et i gemmati fregi.
Le pompe, e i culti regi
Se riverir non gli faranno, come
Di dolcezza il bel nome,
E fede, e castità, tanto più caro,
Quanto esser suol più in bella donna raro.
Quest'è più honor, che scender da l'Augusta
Stirpe d'antichi Otthoni, e stimar dei:
Di ciò più illustre sei,
Che d'essere de' sublimi, incliti, e santi
Filippi nata, et Ami, et Amidei,
Che fra l'arme d'Italia, e la robusta
Spesso a vicini ingiusta
Feroce Gallia, hanno tant'anni, e tanti
Tenuti sotto il lor giogo costanti
Con gli Allobrogi i popoli de l'Alpe,
E di lor nomi le contrade piene
Dal Nilo al Boristhene;
E da l'estremo Idaspe al mar di Calpe:
Di più gaudio ti palpe
Questa tua propria, e vera laude il cuore,
Che di veder il fiore
Di gigli d'oro il santo Regno assunto,
Che di sangue, e d'amor ti sia congiunto,

Quest

Questo sopra ogni lume in te risplende,
Se ben quel tempo, che sì ratto corse
Tenesti di Nemorse
Meco scettro Ducal di là da' monti:
Se ben tua bella mano il freno torse
Al paese gentil, che Appenin fende,
E l'alpe, e il mar difende;
Nè tanto val, che a questo pregio monti,
Che'l sacro honor de l'erudite fronti
Quel Thosco e'n terra, e'n ciel'amato Lauro
Socer ti fu, le cui mediche fronde
Spesso a le piaghe, donde
Italia morì poi, feron ristauro;
Che fece a l'Indo, e al Mauro
Sentir l'odor de' suoi rami soavi,
Onde pendean le chiavi,
Che tenean chiuso il Tempio de le guerre;
Che poi fu aperto, e non è chi lo serre.
Non poca gloria è, che cognata e figlia
Il Leon Beatissimo ti dica,
Che fa l'Asia, e l'antica
Babilonia tremar, sempre che rugge;
E che già l'Afro in l'Ethiopia aprica
Col gregge, e con la pallida famiglia
Di passar si consiglia:
E forse Arabia, e tutto Egitto fugge
Verso, ove il Nilo al gran cader remugge,
Ma da corone, e manti, e scettri, e seggi
Per stretta affinità luce non hai
Da sperar, che gli rai
Del chiaro Sol di tue virtù pareggi,
Sol perche tu non veggi
Dietro al desir, che come serpe annoda
E guadagni la loda,
Che'l padre e gli avi, e tuoi maggiori invitti
Si guadagnar con l'arme a i gran conflitti.

 Quel

Quel cortese Signor, che honora, e illustra
Bibiena, e inalza in terra, e in Ciel la fama,
Se come fin, che la giù m'hebbe appresso,
M'amò, quanto se stesso,
Così lontano, e nudo spirto m'ama;
S'ancor intende, e brama
Sodisfare a miei prieghi, come suole;
Queste fide parole
A Filiberta mia scriva, e rapporti;
E preghi per mio amor che si conforti.

---

## No. CXXXVII.

*(Vol.* iii. *p.* 107.)

*Rymer, Fœdera. tom.* vi. *par.* i. *p.* 109.

*Promissio Secretarii Ducis Mediolani pro* 10000 *Ducat. solvendis singulis Annis Cardinali Eboracensi.*

EGO *Michael de Abbatis* Secretarius Illustrissimi *Ducis Mediolani* promitto et obligo Me, ex parte dicti Illustrissimi *Ducis* Domini mei, quòd *Decem Milia Ducatorum* fideliter in Anglia persolventur Reverendissimo Domino *Cardinali Eboracensi*, secùndum promissum quod ex commissione dicti Illustrissimi *Ducis* mei Dominationi ejus Reverendissimæ feci.

Persolventur autem singulis annis vivente præfato Illustrissimo *Duce*, et succedente in Principatu ipsius Filio vel Fratre.

Et

Et prima solutio incipiet postquam præfatus Illustrissimus *Dux* meus sit liberatus a molestiis Gallicis, et sit securus de Statu suo.

Et dictus Reverendissimus *Dominus Cardinalis* promittet quòd erit perpetua et inviolabilis amicitia inter Invictissimum *Angliæ et Franciæ Regem*, et dictum Illustrissimum Dominum meum, mediante præfato Reverendissimo *Domino Cardinale*.

In cujus rei Fidem hanc Cedulam manu propriâ scripsi et subscripsi.

*Ita est, idem Michael manu propriâ scripsi et subscripsi.*

---

## No. CXXXVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 139.)

*Leoni, vita di Francesco Maria Duca d' Urbino. Ven.* 1605.

*Lettera di Francesco Maria Duca d' Urbino, al Sacro Collegio de' Cardinali, a Roma.*

REVERENDISSIMI Domini mei osservandissimi. Io mi son persuaso sempre che la mia così lunga persecutione, che m'ha posto in tanti pericoli, non habbia però mai havuto forza di mettermi in disgratia delle SS. VV. Reverendissime, e farmi gli animi loro nemici: anzi son ben certo, che elle sempre m'habbiano havuto compassione, e sonsi dolute delle mie disgratie. Et io in tante ruine non ho sentito refrigerio alcuno, se non la opinione ferma tra me stesso, che cotesto

cotesto sacro Collegio giudicasse, che io non fussi degno in modo alcuno di tal persecutione. Però essendoli io humilissimo servo et ubidiente come sono stato sempre, e sarò finche mi duri la vita, mi tengo obligato a render loro conto d'ogni mia attione, et escusarmi di quello di che forse dai malevoli miei io potessi essere imputato appresso le Signorie Vostre Reverendissime, nelle quali ho posto la speranza di ogni mio presidio. Penso adunque, ch'elle havranno inteso questo mio nuovo movimento con genti verso lo Stato mio: il che è causato non da voler disturbare nè travagliare le cose della Chiesa, nè esserle mai molesto in parte alcuna; ma più tosto per commettere la vita mia all'essito della Guerra, la quale in questo caso spero, che sarà Ministra di Dio, et egli la governerà con la briglia della ragione in modo, che sì come la mia innocentia è nota al cospetto di Sua Divina Maestà, così sarà ancor manifesta a tutto il Mondo. E con questa confidentia mi movo non per temerità, o presontione, che ben posso esser certissimo, che non che le mie forze, le quali hora son quasi nulle, ma ne ancor quelle di qual sia grandissimo Rè non basterieno per resistere alla potentia di N. S. collegato con tutti i Potentati, et Re Christiani. Ma Dio che è Rè dei Rè, e può ogni cosa, potrà ancor soccorrere me in questa calamità, e così spero sara mio defensore: perchè esso il quale vede l'intrinseco de' cuori degli huomini sà, che niun' altra via nè di riposo nè pur di vita m'era restata. Però che essendomi ridutto in Mantoua appresso l'illustrissimo Signor Marchese mio suocero, e quasi postomi volontariamente in prigione, havendo perdute tutte le fortezze dello Stato, e quanto io teneva al Mondo, e volendo anco promettere a Nostro Signore di non innovar cosa alcuna nello Stato mio per disturbarne il Nipote a cui Sua Santità l'haveva dato, ma solamente desiderando di vivere, mai non hò potuto ottenere, che le censure mi sieno levate, anzi sempre contra me sono usciti novi, et acerbissimi Interdetti, et espressi commandamenti all'Illustrissimo Signor mio Suocero, e Padre,

dre, che non mi tenga nello Stato suo. Et oltre a ciò ogni dì mi si sono scoperte insidie di veneno, e di ferro, lequali tutte attribuisco ai miei malevoli, non alla Santità di Nostro Signor, che sò bene essere impossibile, che con la clementia, e bontà sua fusse congiunta una cosi ardente sete del sangue mio, et una così perfida ingratitudine contra di me, dal quale (lasciando le cose più vecchie, che facilmente si scordano) Sua Santità, e tutti i suoi hanno ricevuti infiniti benefici in quei tempi che la Casa sua era ne' termini, in che hora ha posto me. Ma quelli che hanno procurato, e tuttavia procuravano la mia ruina, procurano ancora l'infamia di Sua Santità; e credendo lor quella tanto come fà, à me era necessario per vivere di andare in Turchia. Sforzato io dunque da queste cause mi son posto à venire verso Casa mia con opinione che se bene la morte me ne seguisse, non me ne debba seguire almeno infamia. Che se à Sua Santità essendo Cardinale con istimation grandissima, e con modo di vivere in dignità fu lecito far una tanta, e cosi crudele occisione in quella povera Terra di Prato per entrare nella Patria sua come Cittadino, della quale egli era in esilio; molto più debba esser lecito à me, esule non d'una Città ma di tutta Christianità, e privo non che delle Dignità temporali, ma quasi del vivere, e de' Sacramenti della Chiesa, e del Commercio degli huomini in una così atroce persecutione, nella quale contra lo Stato, e la vita, e l'Anima mia si adoperano l'Armi Temporali, e Spirituali essermi lecito (dico) cercare d'andar nella Patria, della quale, e per giudizio di tutti i miei popoli, e d'ogn' altro, eccetto che di Sua Santità, sono legittimo Signore. Supplico adunque le Signorie Vostre Reverendissime per quella misericordia, che si deve à coloro, i quali sono posti in calamità senza colpa, che si degnino trovando qualche modo, ò via di mitigare l'animo del sommo Pontefice, essere mie protettrici, ch'io non posso stimare l'auttorità loro, e la natural bontà di Nostro Sig. con la innocentia mia non debbiano spezzar la durezza, che nell'animo

mo di Sua Santità *hanno* edificata le labbra inique, e le lingue dolose de'miej avversari. Et io per ricuperare la gratia di quella non ricusarò sorte alcuna di sommissione, o ancor di pena sopportabile. E se pure io non merito di ottenere da lei misericordia, degninsi almeno le Signorie Vostre Reverendissime favorirmi tacitamente con gli animi, e pensieri loro, a raccommandarmi con efficacia alla infallibile bontà, e giustitia di Dio. E se li miei successi saranno prosperi (com'io spero) riconoscerò lo Stato, e la Vita dalle Signorie Vostre Reverendissime, con opinione, che la Maestà Divina habbia esaudito i loro giusti desideri, e per li loro meriti m'habbia havuto in protettione. E così parimente se le mie picciole forze non saranno oppresse dal gran cumulo della Potentia di N. Signore accompagnata dall'Arme spirituali, e da quelle di tanti altri Prencipi, sarà miracolo espresso, e buon testimonio che l'innocentia mia, condannata da gli huomini in Terra, sia da giudice maggiore e più giusto assoluta nel Cielo. Et alle Signorie Vostre Reverendissime humilmente baciando le mani, di continuo in buona gratia loro mi raccommando.

---

## No. CXXXIX.

(*Vol.* iii. *p.* 141.)

*Rymer, Fœdera. tom.* vi. *par.* i. *p.* 135.

*Papa ad Regem, pro Subsidio contra Hostes Ecclesiæ.*

CHARISSIME *in Christo Fili noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Non veremur ne *Majestas* tua nostram, quam de ea capimus fiduciam, in optimam partem non accipiat ejusdem Fidei et maximi amoris quo illam semper prosecuti sumus:

Et

Et quia existimamus pristinum illum suum animum Sedi Apostolicæ durissimis in rebus subveniendi perstare in eadem voluntate, auctamque potius ejus animi magnitudinem fructu tantæ gloriæ quantam ex similibus actionibus aliàs consecuta est quàm diminutam esse;

Nos quidem certè, quamquam maximis nostris et ejusdem Sanctæ Sedis angustiis difficultatibusque pressi ad hunc diem usque, nihil Tibi oneris imponere, nullam *Majestati tuæ* inferre molestiam sustinuimus, non de tua voluntate, pietate erga nos et eandem Sedem benevolentia dubitantes, sed quod in Te certissimum rerum nostrarum perfugium usque ad extremam necessitatem voluimus esse illibatum atque intactum.

Nunc verò cuperemus te cernere oculis, quibus rapinis et depopulationibus, quanto furore et scelere perditorum et nefariorum Hominum Status Ecclesiasticus hujusque simul Sanctæ Sedis Dignitas vexetur, laceretur, diripiatur, cùm nihil Latronum avaritiæ libidini crudelitati obstet; non pudor a stupris nefariis, non Religio a Sacris et Locis et Rebus violandis, non misericordia a cædibus Eos coherceat, quæ Nos ut reprimeremus exhausimus jam omnia ferè et hujus Sanctæ Sedis et eorum qui communem Rem Ecclesiasticam ita afflictam dolent subsidia, nè quid de nostrà Dignitate decederemus, nè sceleratis Hostibus facilem cursum suæ improbitatis faceremus.

Sed cùm, si volumus salvam Ecclesiasticam esse Rempublicam majore conatu et viribus nobis opus sit, unique, inter Reges Christianos Principes, *tuæ Majestati* præcipuè confidamus, petimus a te et hortamur *Majestatem tuam* in Domino, summoque affectu requirimus, ut, quod aliàs consuevisti, tuique præstantissimi Animi est proprium, subvenire in tantis angustiis, difficultatibus, indignitatibus, huic Sanctæ Apostolicæ Sedi communi Matri Fidelium cunctorum tuâ

tuâ curâ, prudentiâ, opibus, facultatibusque quamprimùm velis.

Quem autem in modum et qua potissimum ratione videatur expedire et *tua Majestas* pro sua prudentia cogitabit, et Dilectus Filius *Nicolaus Scomber* Ordinis Prædicatorum noster Familiaris, istuc hac præcipuè de causa missus, cum eadem communicabit; cui eam nostro Nomine alloquenti *Majestas tua* fidem summam adhibendo ita secum reputabit, neque hoc majus erga Nos beneficium ab ea proficisci posse neque ipsius laudi et nomini magis honorificum fore quicquam, quàm si ad suam peculiarem Virtutem et Gloriam se converterit, præstare Sanctam Romanam Ecclesiam ab Insidiis et Latrociniis Impiorum Salvam atque Tutam.

Dat. *Romæ* apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vicesimo Junii millesimo quingentesimo decimo septimo, Pontificatûs nostri anno quinto.

Ja. Sadoletus.

*Carissimo in Christo Filio nostro Henrico Regi Angliæ.*

---

## No. CXL.

(*Vol.* iii. *p.* 461.)

*Leoni, Vita di Fr. Maria Duca d'Urbino.*

Commissione à voi Capitano Suares, et Oratio Florido di quanto in nome mio harrete à procedere, e far intendere all'Illustrissimo Signor Lorenzo de' Medici.

E prima. Essendo che non poca laude si conceda à ciascuno Prencipe, che per qual causa si vogli farci Guerra, quando

quando si sforza che con meno sangue, e danno del Paese, che possibile sia, si ponga fine alla sua intentione; e tanto più quello, che pure si persuade doverne restare patrone. Nel qual concetto persuadendomi, che'l prefato Signor Lorenzo sia, ingannato forse più presto dalla fama, che dalla conscienza; ho pensato cosa all'uno, et all'altro di noi convenientissima. Perche se tanto lui desidera questo Stato, come la passata e presente Guerra mi dimostra, gli sia carissimo trovare modo, che con prestezza, senza più grave peso di questi popoli, mostrando il valor suo, e delle sue genti à satisfarsi. E però per tal rispetto a voi Capitano Suares, et Oratio, commetto, che espeditamente lo dobbiate chiamare à combattere in luogo qual voglia à IIII. mila per IIII. mila; o III. mila; o II. mila; o mille; o cinquecento; o cento; o venti, o quattro, et il minore numero che gli piaccia, purchè ciascuno di noi ci intravenghi, e che siamo a piede con arme da Fanti e piede, come vanno alla Guerra. Et in ultimo se vuole ambedui noi soli con arme, che con prestezza trovar si possa, più mi fia caro; e dove, o per la prigione, o per la morte di uno di noi il vincitore con più satisfattione d'animo darà fine al suo disio, et al languire di molti.

Giudico dunque che per il valore di sua Signoria, e di molti che gli sono appresso, che fanno la medesima professione di honore, queste ragionevoli offerte gli saranno carissime; però al vostro ritorno mi riportarete à qual più esso si risolva, acciò possa dal canto mio espeditamente provedermi. Mando il termine di tre giorni per la risoluta disposta aggiongendo ancora al combattere del numero grosso piacendogli fare combattere CCC. Cavalli Leggieri con altritanti delli suoi pure alla leggiera accappati dalle Compagnie, cioè che ogni Capitano ne elegga tanto numero della compagnia propria e non d'altrove, ch'arriva alla somma delli CCC. con Lancia, Spada, Pugnale, e Mazza. E quando le sopradette conditioni non gli piacessero (il che non credo) vi ricordarete offerire,

offerire, combattendo con detti CCC. Cavalli, e con tutte le nostre Fanterie, et altritanti delli suoi Fanti, di vantaggio gli darò cinquecento, e mille Fanti più, armati però tutti secondo il costume della Guerra trà Fanti à piedi. Et il presente memoriale in mano di Sua Signoria lasciate.

---

## No. CXLI.

(*Vol.* iii. *p.* 148.)

*Ex Orig. in Archiv. Reipub. Florent.*

REVERENDISSIMO in Christo Patri, et domino D. Julio Diaconi Cardinali de Medicis S. Romane Ecclesiæ Vice Cancellario observandissimo.

Reverendissíme in Christo Pater, et Domine D. plurímum observandissime. Lo exhibitore presente sarà el nostro M. Jacopo Silvestri, quale farà intendere a V. S. R. el desiderio mio, et quanto mi occorra, che in summa è, che quella se degni consentire, che l'nostro Prete Francesco da Civitella habbia un certo beneficiolo posto in fra le nostre possessioni sopra L'Olmo a Capello, come particularmente dal prefato M. Jacopo essa intenderà. Il perchè prego V. S. R. gli piaccia non solamente prestarci in ciò el suo consenso, ma ancora pigliarne per amor mio cura particulare, perchè in vero la fede, et servitù sua verso di me ricerca molto più, et se bene el beneficio predecto è di pochò momento, lo estimo nondimeno quanto fussi de valuta per ogni rispecto, et però quanto più efficacemente io posso, la supplico me ne facci gratia, ascrivendolo al cumulo degl'altri obblighi, ho cum quella infinitamente.

Per commissione del nostro Illustrissimo Signore Duca, in

in questo momento mi parto alla volta di Cortona per conferire cum la nostra compagnia, dove sua Excellentia mi ha ordinato, che a Dio piaccia per tutto darci victoria, quale col suo benigno ajuto s'haverà indubitatamente, se ciascuno farà el debito suo. Prego V. S. R. se degni di core ricomendarmi alla Santità di Nostre Signore e alla Excellentia Madonna Alfonsina, et a V. R. S. quanto più posso humilmente mi raccommando, quam Deus, &c.

Florentiæ XI. Junii MDXVII.

E. V. R. Servitor et filius

Joannes Jo. Medices.

---

## N°. CXLII.

(*Vol.* iii. *p.* 161.)

*Rymer*, *Fœd. tom.* vi. *par.* 1. *p.* 134.

CARISSIME *in Christo Fili noster*, *Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Cùm comperiissemus Dilectos Filios nostros, *Bendinellum tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim Presbiterum*, *et Alfonsum Sancti Theodori Diaconum*, *Cardinales* in vitam nostram conspirasse, deque nobis dolo malo occidendis tractavisse, hodiè detinere eos jussimus, detentosque in Arce nostra Sancti Angeli asservari, dùm autentici processus super eo scelere justè ac legitimè formari conficique possent;

Id volumus *Majestati tuæ* notum his nostris Literis facere; ut sciat qua de causa ad Detentionem istam devenerimus; cui etiam processus ipsos transmitti curabimus, cùm primùm

erunt

erunt confecti; quemadmodum cum Venerabili Fratre *Episcopo Wigorniensi*, Oratore apud nos tuo, loquuti sumus.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die decimo nono Maii, millesimo quingentesimo decimo septimo, Pontificatûs nostri Anno quinto.

BEMBUS.

*Carissimo in Christo Filio nostro Henrico Angliæ Regi Illustri.*

---

## Nº. CXLIII.

(*Vol.* iii. *p.* 167.)

*Rymer, Fœd. tom.* vi. *par.* 1. *p.* 141.

*Cardinalis de Medicis Litera super Privatione Hadriani.*

REVERENDISSIME *in Christo Pater et Domine mi Colendissime humilimas Commendationes.*

Quanti semper, præ cæteris, fecerit Serenissimam *Anglorum Regis* Majestatem *Sanctissimus Dominus noster*, quamque cupiat ut mutua inter Se benevolentia et is amor, quo *prædictus Rex* universam Familiam nostram semper est prosequtuus, non conservetur modo, verùm etiam indies augeatur, multis et illis non obscuris argumentis hactenus cognoscere licuit, quorum *Reverendissima Dominatio vestra* bona in parte conscia egregiam *Majestati suæ* Fidem facere poterit.

Quoniam verò in amovendo ex Collegio nostro *Domino Hadriano olim Cardinali* aliquanto seriùs quàm fortasse *sua Majestas* voluisset Res peracta fuit, si quis fortè minùs rectè sentiens

sentiens interpretetur noluisse *Sanctissimum Dominum nostrum, Serenissimo Regi* Morem gerere, Is totâ porsùs veri aberrat viâ; neque verò unquam *Sanctissimus Dominus noster* alterius mentis fuit, sed magni momenti negotium non erat nisi maturè et ut Juris forma postulat conducendum est.

Igitur hodierno Consistorio *Dominus Hadrianus nuper Cardinalis* a Sacratissimorum Patrum gremio sevulsus, et ob sua tàm mala merita jure Exauctoratus, in quem quia non nisi legitimè Processum fuit, idcirco nullus quamlibet malignus æstimator poterit objicere *Hadrianum* aut *Sanctissimi Domini nostri*, suapte naturâ clementissimi, odio aut *Serenissimi Regis vestri* extimulatione, sed propriis suis meritis pœnas dedisse.

Ipsius verò Ecclesiæ Provisio differetur, donec *Majestas sua* id quod *Reverendissima Dominatio vestra* optimè novit *Sanctissimo Domino nostro* significaverit.

Hæc fuit, *Reverendissime Domine*, hujus tàm necessariæ quàm prudentis cunctationis causa; quam, etsi puto Reverendum Patrem Dominum *Episcopum Wigorniensem*, qui majoreve cum prudentia an gratia et dexteritate pro *Serenissimo Rege* in Urbe Oratorem agit, pleniùs significaturum, Oratam tamen velim *Reverendissimam Dominationem vestram*, dignetur etiam ipsa *Sanctissimi Domini nostri* et meo Nomine *Serenissimo Regi*, apud quem plurimum et Gratiâ et Auctoritate pollet, declarare; Et insuper nihil esse in quo *Sanctissimus Dominus* Ipsi satisfacere non sit paratus; Domum verò nostram esse ita *Majestati suæ* addictam, ut non minus de Nobis quàm de suis Subditis disponere possit.

Benevaleat *Dominatio vestra Reverendissima*, cui Me humilimè commendo et offero.

*Romæ*

*Romæ* in Palatio Apostolico, quinto Julii, Millesimo quingentesimo decimo octavo.

*Reverendissimæ Dominationis vestræ*

*Humilimus Servitor,*

Ju, Vicecancel.

---

## No. CXLIV.

(*Vol.* iii. *p.* 172.)

*Lettere di Principi. vol.* i. *p.* 21.

Al Cardinal de' Medici.

IL Christianissimo mi comanda, ch'io voglia in nome suo raccommandare a N. S. et a V. S. Reverendissima, Il Reverendissimo Cardinal de Sauli, parendogli impossibile, per l'informationi, che ha havute sempre, della buona qualità, et virtù di sua Sig. che quella possi haver pensato, non che tentato, cosa che non meriti et raccommendatione da sua Maestà, che sempre l'ha tenuto per buon'amico, et perdono da Nostro Signore, alquale s'è mostro sempre obediente servitore; et che quando anco vi fosse qualche parte d'errore, pure che non fosse maggior di quello può essere la misericordia di sua Santità, che la preghi, per esser d'una patria subietta, et di famiglia tanto grata a sua Maestà, che gli lo voglia per amor suo perdonare, mostrando grandissimo desiderio d'ottenere tal gratia da sua Santità, et intendere, mediante l'auttorità di Vostra sig. che'l detto Reverendissimo sia reintegrato nell'amore, et gratia di Sua Beatitudine, &c.

Da San Quintino, alli 12. de Giugno. M.D.XVII.

Di V. Illustrissimo et Reverendissimo Sig. Devotissimo Servitore,

Il Vescovo di Baiusa.

No.

# N°. CXLV.

(*Vol.* iii. *p.* 175.)

*Rymer*, *Fœd. tom.* vi. *par.* 1. *p.* 134.

*Pro Cardinali Sancti Georgii, de intercedendo.*

Sacra Regia Majestas, post humillimas Commendationes.

PRIDIE, pro ea fide, observantia, et devotione, quâ Sublimitatem vestram semper prosecuti ſumus, proque ea Pietate atque animi magnitudine quâ eandem excellere ac pollere non ignoramus, scripsimus *Celsitudini vestræ* Patruum nostrum Reverendissimum Dominum *Cardinalem Sancti Georgii*, Sanctissimi Domini nostri Papæ ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, fuiſſe Detentum in Palatio a sua Beatitudine, neque causam ullam tantæ rei explicare potuimus, cum eodem momento quo detentus fuit, scribere coacti fuerimus.

Nunc autem nè, quod postea successerit, præteriisse videamur, causam esse intelligimus quòd quædam verba, quæ coram ipso *Cardinalis Senensis*, uti juvenis nec in loquendo satis pensi habens, adversus Pontificem protulerat, non illicò Sanctitati suæ, uti debeat, renuntianda curaverit.

Quod certè, quando ita sit, non possumus nisi erratum et peccatum esse, et dicere et fateri; unum tamen nobis persuademus et pro indubitato affirmare et asserere posse non dubitamus, Ipsum non ex malitiâ et Animi voluntate, sed ex inconsideratione et quadam potiùs negligentiâ peccâsse ac prolapsum esse.

Quid nempe minus verisimile est, quidve minus credi debet? quàm quod Cardinalis jam Senex, et opibus gratiâ et auctoritate

auctoritate non infimus, neque etiam humanarum rerum expers et imperitus, eum Pontificem lædere ac provocare voluerit, qui secum in Cardinalatu conjunctissimè et amantissimè vixerat, et in Pontificatu tanta secum lenitate, benignitate et liberalitate usus fuerat, ut nihil ab eo desideraverit quod non prius impetrâsse quàm petiisse videri potuerit; quid inquam minus credibile, quàm quòd hunc Pontificem, tàm de se tamve de universo Christiano orbe Benemeritum lædere voluerit?

Is Cardinalis, qui olim junior et multis quoque incommodis affectus, Alexandri Tempora et Julii Secundi difficultatem ac morositatem patientissimè innocentissimè et summa cum animi æquitate transegit?

Quoquo modo res se habeat, eum neque excusamus neque etiam condemnamus; sed cùm nihil sit quòd imprimis de divina pietate et gratia deinde de clementia et mansuetudine *Sanctissimi Domini nostri* sperare posse non videamus, rogamus Serenitatem vestram ut etiam ipsam; pro Regiâ bonitate, proque invicta animi magnitudine, præfatum Patruum nostrum apud *Sanctissimum Dominum nostrum* commendatum habere dignetur.

Nam, ut omittamus quàm proprium et peculiare sit bonorum Regum magnorumque Principum esse pietatem clementiamque exercere, utque etiam taceamus quanta Beneficiorum magnitudine Reverendissimum præfatum *Dominum Cardinalem* et nos ipsos *Majestas vestra* sit devinctura, licet minimos et inutiles Servos, non tamen prætermittimus commemorare Sublimitatem vestram et apud Homines perpetuam laudem, et apud Omnipotentem Deum gratiam magni meriti, ex conservatione et incolumitate hujus Hominis, per errorem magis quàm per voluntatem lapsi, sibi vendicaturam esse.

Quod

Quod tanto spéramus facilius futurum esse, quanto res est in manibus illius Pontificis, cujus bonitatis, clementiæ, misericordiæ et mansuetudinis neminem hactenus expertum esse aut vidimus aut audivimus; Quæ fælicissima sit, et cui iterum et humillimè nos commendamus.

*Romæ*, quinto Junii Millesimo quingentesimo decimo septimo.

*Serenitatis vestræ*

*Humillimi Servitores*,

CÆS. ARCHIEPISCOPUS PISANUS PATRIARCHA ALEX.
OCTAVIANUS EPISCOPUS VITERBIENSIS.
GALEACIUS VICECOMES DE REARIO.
FRANCISCUS SFORTIA VICECOMES DE REARIO.

---

## N°. CXLVI.

(*Vol.* iii. *p.* 200.)

*Fascic. rerum Expetend. et Fugiend. tom.* 1. *p.* 417.

*Johannes Franciscus Picus, Mirandulæ Dominus, &c. Bilibaldo Pirckheimero suo, Salutem.*

CUM ad pontem Oeni, tu quidem Reipub. tuæ Legatus, ego verò ob propria negotia Cæsarem sequens, casu quodam convenissemus, coràm petisti, ut Orationis ejus ad Leonem Pontificem Maximum et Concilium Lateranen. destinatam, te compotem facerem, et literis tuis, postquam in Italiam redii, id ipsum postulasti. Nunc eam tibi habere potes, quam tum non potuisti; neque enim fas erat, uti prior ullus eam haberet sibi, quàm is ad quem mittenda erat; sed miræ ex-

 pectationis,

pectationis, aliquam Johanni tuo Cochliti usuram, cum oratione ipsa Bononiam misi, Hymnis tribus comprehensam Martino, Magdalenæ, Antonio; qui postquam ex Germania in Italiam, indeque in patriam ditionem perveni, præter quinque alios, diversis in locis olim formis stanneis excusos, editi sunt. Cæterùm si me amaveris, ad communem amicum Johannem Reuchlin alligatam epistolam curabis perferendam, et interim bene vale nostri memor. Mirandulæ Calend. Aprilis. Anno Salutis, MDXVII.

AD LEONEM DECIMUM PONTIFICEM *Maximum, et Concilium Lateranen. Johannis Francisci Pici, Mirandulæ Domini, de Reformandis Moribus, Oratio.*

Si quis fortasse cuperet in Sacratissimo N. Christianæ Reipub. conventu atque consessu de ferendis legibus ad frænandam malorum hominum audaciam ut verba fierent, ipse secum cogitet prius, quo pacto sit opus eos plecti, qui eas quæ à majoribus nostris ritè positæ, maximoque habitæ in pretio sunt, et habuere contemptui et nunc maxime habeant. Nec dubitabit de moribus hominum qui tam diu collapsi jacent, instaurandis, ed ad normam positarum jam legum redigendis orationem ante omnia haberi oportere. Nam tametsi non duxerim in controversiam referri debere ad sacrosanctam istam Synodum de legibus quibusdam ferendis, præstare tamen existimo, ut à principibus viris, ut a Cardinibus ipsis, quibus tota nostræ Christianæ Reipublicæ moles, verti regique convenit, sanctissima antiquorum Decreta patrum, et honestissima instituta custodiantur. Quod si fiat, populi facilè Antistites ipsos tanquam animatas et vivas leges sequentur, atque ad normam pietatis et veræ disciplinæ revocabuntur. Nova consulta atque decreta neutiquam aspernor, sed veterum custodiam sanctionum in primis duco necessariam, ad ea quæ jam prolapsa defluxerunt piis primùm instauranda moribus, severis deinde legibus vincienda, adeo ut censoribus,

censoribus, ut vindicibus legum ipsarum atque assertoribus magis quàm legislatoribus opus esse non negem. Et quanquam hac de re disserendi majus esse onus, quàm ut ferre facilè queam non sum nescius; nam valentioribus egeret humeris, et vires robustiores exposceret; tamen quod suapte natura pertinet ad omnes, id à me alienum esse non cogito. Quod si ad hanc diem in tanta eruditissimorum hominum turba vel unum quempiam conspexissem, qui hoc idem exactè sibi adscivisset, mihi omnino cessandum putassem. Sed quum de statuendis legibus sæpenumero sermonem habitum norim, de legum custodia, vel nullum, vel tenuem, ut sunt hominum varia judicia variis rerum occasionibus mota, non abs re mihi visum est fore, si quæpiam afferrem, ut facilius ad memoriam revocarentur sanctissima priorum instituta, quibus observatis, nostra Christiana respublica et aucta est semper et conservata; posthabitis verò atque contemptis, innumerabiles jacturas fecit; et nisi esset servata divinitus, eò miseriæ et calamitatis prolapsa fuisset, ut frustra nunc, Pater sanctissime Leo Decime, et vos ecclesiæ Cardines et Antistites Conventum haberetis, ut in meliorem statum redigi quiret. Optabam certè ut ex doctissimorum hominum numero aliquis hanc sibi provinciam desumpsisset, ut majorem authoritatem et potestatem in audientium animis habitura esset oratio, sed nuda fortasse veritas, puraque simplicitas viribus non carebit. De luxu, de libidine, de avaritia vitanda, positas esse leges ab antiquis patribus, nemo est qui nesciat. De pietate, de justitia, cæterisque virtutibus traditas esse normas, vel inerudití novere; eas partim negligi partim jacere plus etiam quàm volumus, experimur. Multi nostræ Principes reipublicæ priscam simplicitatem in astutiam, castitatem in nequitiam, liberalitatem et parsimoniam in luxum et avaritiam convertêre. Apud plerosque religionis nostræ primores, ad quorum exemplum componi atque formari plebs ignara debuisset, aut nullus, aut certe exiguus Dei cultus, nulla bene vivendi ratio atque institutio, nullus pudor, nulla modestia: justitia,

justitia, vel in odium, vel in gratiam declinavit, pietas in superstitionem penè procubuit, palamque omnibus in hominum ordinibus peccatur, sic, ut sæpenumero virtus probis viris vitio vertatur, vitia loco virtutum honorari soleant, ab his qui suorum criminum quasi septa, et tanquam mœnia, et inauditam petulantiam et diuturnam impunitatem esse putaverunt. Hi tibi morbi, hæc tibi vulnera sananda sunt, Maxime Pontifex; alioqui si mederi (quoniam id ad te multis de causis potissimum spectat) recusaveris, vereor ne non fomentis jam, sed igne ferroque is cujus vices geris in terris, membra ipsa affecta dissecet atque disperdat, signa jam dedisse illum ejus futuræ medicinæ planè crediderim. An puellæ Deo dicatæ in Brixiana direptione à religiosissimis abstractæ templis cesserunt militibus loco prædæ? An in Ravennati excidio sacerdotes trucidati? An in Pratensi clade sanctimonià olim celebratæ virgines prostitutæ? Quid aliud Pater sanctissime? Quidnam aliud nobis intelligi dedere, quàm sacras ædes et templa lenonibus et catamitis antea commissa, quàm nefariis lupis optimi pastoris ovilia demandata, quàm virginibus olim dicata plerisque in urbibus septa in meretricios fornices et obscœna latibula fuisse conversa? Sed initia illa malorum et prægustationes, vereor, propinandæ nobis à perfidis nostræ religionis desertoribus potionis amaræ et luctuosæ, ni bonis eam moribus avertamus, ni precibus et supplicationibus, non ex summis labris, sed intimis ex animi penetralibus iratum placemus Deum, cujus ad hæc monita et tanquam cœlestia tonitrua non aures modo arrigere visi simus ut resipiscamus, sed deprimere, visi tanquam Æthiopes ad prolabentis Nili strepitum obsurdescere, prava consuetudine affecti sic, ut audiamus suadentibus vitiis, obaudiamus monenti Deo Optimo Maximo, sapientissimo, qui se contemni amplius à nostro seculo nolle satis arbitror indicavit, signis atque portentis non parum multis, pestilentia, fame, cruentissimis paulo ante præliis. Quid enim aliud? aut si quid aliud, cur hoc tamen nostris insinuatum mentibus planè non rear? per tot cæsorum

hominum

hominum millia, quorum cadaveribus et contecti sunt campi, et remorati fluviorum cursus, eorumque cruore superum mare et inferum quasi quadam purpura infectum, nisi ut memoriam subeat innumera in nos collata beneficia nobis non debere esse ludibrio; scilicet Christus ille Servator humani generis tantum sanguinis effuderit, ut qui eo sanguine non redivivi solùm facti, sed ditati etiam sunt, delicientur in plumis? Quid plumarum feci mentionem, et scortorum præterii catervas et greges exoletorum? et coempta et divendita sacerdotia? Sperare poteram, Pater Sanctissime, postquam ad supremum sacerdotii culmen evectus es, non malis artibus, non pudendis, ut plerique olim pactionibus et mercimoniis, qui per summum dedecus summum decus appetivere; sed tua (ita mihi, ita non parum multis visum) gratissima humanitate fore aliquando, uti meliorem in statum reformaretur Christiana respub. sed nec omnino desperarim, si adniti volueris, et tuæ isti humanitati, lenitati, facilitati, aliquid supercilii, aliquid rigoris, nonnihil pœnarum admiscere. Danda est opera, Maxime Pontifex, ne quid detrimenti nostra respub. patiatur; bellum enim tibi cum multis; bellum, inquam, intestinum, periculosum, grave, quod avertendum est severitate disciplinæ. Luxum cohibe cujuscunque ordinis, modum pone ambitioni, compesce indomitos et effrænatos libidinis obscœnæ furores, suspectis sacerdotum (quod et legibus ecclesiæ cautum est) contuberniis fræna constitue, aviditati et sceleratæ habendi cupiditati terminum præfige. Non concredita et commendata fidei sacerdotum, sed comesta veriùs ab illis et devorata piorum virorum patrimonia vindica, et effice ut in bonos dispertiantur usus, ne amplius ab impuris heluonibus, ab omnium scelerum gurgitibus absorbeantur. Qui auctionibus sacrorum pudendisque licitationibus invigilaverint, dent pœnas temerariæ mercaturæ. Qui non prospexerint commisso gregi, qui vanitati studuerint innumeræ, superstitionibus, comessationibus, pudendis exercitiis et familiaribus oblectati, vel corrigántur omnino, vel amoveantur

amoveantur à sacris, quandoquidem omnia fœdant exemplo, et pravæ consuetudine vitæ eos qui bene morati et egregiè instituti sunt, planè corrumpunt, ut hinc non plebis modò, sed omnis ordinis fiat lapsus in crimina. Nec sane mirum, quando malum omne prodire de templo Johannes Chrysostomus censet, et Hieronymus scribit se invenisse neminem qui seduxerit populos præterquam sacerdotes, quos quidem si vel probè institueris, volentes, vel nolentes coercueris, universo Christiano orbi ad bene de omni reformatione sperandum quasi signum aliquod sustulisse videbere. Potes, summe Pontifex, nec in terris alius potest, et quum possis, debes, et cum debes, nisi volueris et curaveris ut fiat, quid sit periculi ex probatissimis eisdemque divinis exemplis animadverte. Succurrat, quæso, tibi vetustus ille Sacerdos, in quem filiorum non vindicata scelera magna ex parte reciderunt: etenim qui præsunt aliis, non modò est opus ut sint innocentes ipsi, sed ut resistant nocentibus, eorumque mala facinora compescant, et tum quidem ex Lebetè carnes tridenti fuscinulâ subtrahebantur ab illis, quod peccatum sacra Regum testatur historia nimis grande fuisse, quin homines à Dei sacrificio retraheret. Nunc autem malorum catervis exemplorum plebs ignara et a divino cultu et ab omni pietate deterretur. Illi cum mulieribus ea tempestate dormiebant ad ostium tabernaculi. Nostrâ verò et in sacras ædes fit irruptio, et ab illis etiam (proh pudor!) fœminæ abiguntur ad eorum libidines explendas, et meritorii pueri à parentibus commodantur, et condonantur his qui ab omni corporis etiam concessa voluptate sese immaculatos custodire deberent, hi postea ad sacerdotiorum gradus promoventur, ætatis flore transacto jam exoleti. Non igitur miremur si dejerant et falsò utrumque se nosse sacrarum literarum instrumentum profiteantur. Quoniam nec quid ejus nomen significet pernovere.

Ac memini puerum quendam in episcopi locum ascitum,

qui

qui quoniam literas penitus ignorabat, per jocum dum rogaretur, an magnos fecisset progressus in disciplinis, respondisse ingenuè, nondum se didicisse exordium ejus orationis quam de more sacerdotes præfari solent divina facturi. Novi et qui annuas sacerdotii pecunias, commendatas eorum fidei, spurcissimis voluptatibus et impendant et impendisse glorientur. Hæc tu monstra, LEO Decime, tolerabis? hæc et videbis et patieris? patieris (inquam) ut ignari literarum, ut ad omnia magis apti quàm ad tractanda sacra, per ignominiam et contumeliam abutantur divinis, et opes ad templa vel tuenda vel instauranda paratas, ad sublevandam pauperum miseriam, à piis hominibus qui jam vitâ sunt functi destinatas, in alienos et prophanos usus convertant? Scribit Hieronymus eos qui rebus ecclesiæ abutuntur, similes scribarum esse et pharisæorum, et sacerdotum Christi Servatoris sanguinem mendacio redimentium. Equidem nec Dionysii mysticam Theologiam, et divinorum dogmata nominum, neque subtilitates hypostaseon, notionum, originum et cæterarum disceptationum, quæ in Lutetia Parisiorum exagitatæ ad nos manarunt, ab omnibus, exquiro sacerdotibus; si se tamen dederent sacris literis; et præcellentium nostræ religionis Antistitum doctrinis navarent operam, multa sanè commoda ad bene beateque vivendum consequi possent. Non eò solùm quòd multa discerent, et pro se magna et ipsis utilia, sed quoniam ejusmodi studiis præstaretur illis, uti facilius illecebris sensuum nuncium remitterent, cum honestissimo in officio occupati, tum ab ipsis studiis admoniti, ad meliorem vitam nos esse natos, et hanc quam vivimus plenam esse ignorationis tenebris, si sensum, si humana solùm placita sectari volumus, plenam ærumnarum, plenam calamitatum, si humanis fidem votis velimus, cujus etiam vitæ incommodis et tanquam stimulis invitamur, ut ad eam quæ futura est libentius properemus. Quis (quæso) mente paulò vegetiore non advertat, prima hac in vita magis ad dolorem hamines, quàm ad voluptatem natas? Tanto enim spatio nunquam aut bibere, aut comedere, aut

vacare

vacare proli quisquam potuit, quanto aut sitiunt febrientes, aut mendici et obsessi esuriunt, aut rei criminum torquentur. Id etiam emolumenti nancisci facilè possent, ut frænarent ambitionem malorum omnium matrem atque nutricem, quandoquidem omnia quæ magna corporeis et humana tantum intuentibus oculis apparent, exigua videntur spiritualibus oculis et æterna contemplantibus. Idque ipsum, jure optimo; quandoquidem terræ moles collata cœlo, instar est puncti, raris habitata locis, sterili arena noxiis serpentibus sitique deserta, vastis invia paludibus, altissimis intersecta montibus, profundissimis interpolata fluctibus. In hac exigua naturæ portione tumultuatur humanum genus, brevis et incertæ vitæ etiam si diuturna, si longissima, si stabili nixa fundamento videatur. Quid enim diuturnum mortalibus si æternitati futuræ et immortalis vitæ ad ipsum conferatur? Quid certum et stabile in homine, in quo nutant omnia? in quo ut externas taceam et circumjacentes molestiarum moles, ipse conflictus pugnantium inter se qualitatum corporei temperamenti, bellum intestinum illi ipsi ciet identidem, et confecto bello minatur excidium. Adde tenebras quibus humana mens sibi relicta circumfunditur, unde et variarum opinionum prælia cooriuntur, et votorum sibi succedentium, subindeque fluctuantium æstus planè continui. Adde impetus hostiles, dolos, fraudes, injurias: Adde et superiorum mentium et insultus et æstus, ut verissimum sit illud elogium, Vita hominis militia super terram. Militia dubio procul, sed qua et victoriam et coronam et regnum, nobis in cœlo comparere possimus, ejusmodi, ut nec animo capere, nec concupiscere votis planè queamus, quando et animi et corporis fœlicitas quæ illic reposita Dei amicis, ejusque legis custodibus post hujus vitæ cursum asservatur, omnino superet captum humanæ mentis, nec nisi Deo docente hominibus patefiat nihilque omnino sint, si ei conferantur fœlicitati, quæ vanæ vetustatis illustratores Poetæ atque Philosophi commenti sunt de fortunatis insulis, de fluminibus nectaris, de via lactea, de

reditu

reditu ad compares stellas, et cæteris quæ ad veritatem hallucinantes suis lucubrationibus inseruere. Hæc illi et similia de sacro literarum otio nancisci facilè possent. Sed ea ab omnibus non extorqueo sacerdotibus; at ne literas omnino ignorent, ne salis evanidi, ne lucis extinctæ notam gerant, et noscant quæ ad eorum pertinent officium, hoc exposco, hoc exigo, et ni præstent planè detestor. In primis autem et vitæ innocentiam et morum disciplinam, non exactissimam illam quidem et præcellentissimam, sed mediocrem. Non peto ut instar Hieronymi saxo pectus identidem verberent, sed nec ut meretricum pectora baccatis monilibus, nec crepidas Hydaspeis gemmis exornent. Neque etiam postulaverim, ut Hilarionis inediæ assuescant, sed ne Sybaritarum cœnas aut æmulentur, aut superent. Minus etiam efflagitaverim, ut in spinis et nive volutentur, more Francisci et Benedicti, sed quum mollem cygnorum plumam ingenti pecunia mercantur, aut redimendis captivis, aut virginibus nuptui tradendis jure optimo dedicata id planè damnaverim. Mediocritatem suadeo; præcellentiam illam virtutem, quam demirari facilius quàm imitari plurimi possunt, si sequi etiam maluerint, et laudabo et prædicabo. Sed neque ita rem ad vivum reseco, ut quum eos et largos et faciles esse ad tribuendum moneo, ita moneam, ut velim eos omnino imitari egregium illud Martini et celebratissimum facinus scindendæ vestis, uti mendicus et frigore tremebundus pauper amiciretur. Verùm eos quibus abundant acervi pecuniarum, monitos velim Martini exemplo, nudis vestes tribuendas, potius quàm coccineis atque purpureis pannis cooperienda jumenta. Neque item exigo in sacrarum sumptibus ædium censum ut omnem dispertiant, æmulenturque aut Sybillina Cumis olim extructa delubra, aut Simandii et Artemisiæ præruptas murorum moles et minas, aut Solomonia templa, aut etiam nostræ tempestatis Julia ædificia. Sed libenter postulaverim, ne sinant corruere quæ ab illis structa sunt templa, à quibus ipsi opes tantas nacti sunt, ut

multo

multo auro dicantur Salmacidas noctes coemere. Postulaverim ne Sacella à priscis olim frequentata patribus permittant histricum latibula constitui, fœdeque adeo haberi et negligenter, ut sit sæpenumero videre ferarum lustra equorumque præsepia et mundius et honestius asservari. Quum nihilominus ipsorum cubicula interim auro splendeant, et substrata etiam purpura longè pretiosissima sint, mensarum verò et coquinarum instrumenta opere cælato refulgeant. His incommodis cum aliarum beneficio sanctionum, tum illius maximè custodiâ legis consuleres, Maxime Pontifex, qua sanctissimè cavetur, ne multa ab uno sacerdotia, quibus annexa sit animarum cura, possideantur, Dispensatio, ita solet appellari, effecit, ut jam non multa, non plura, sed innumera teneant multi, qui ne diaconi quidem mererentur officio defungi, at ejusmodi rerum dissipationem non ego, sed Bernardus tot antea seculis appellavit. Oppone te huic petulantiæ, Pater beatissime, et unum hoc inter alia negotium et munus egregiè suscipe, ut qui luxu diffluunt, qui ambitione defervent, qui vel coemptis vel ejusmodi dissipationibus paratis sacerdotiis lasciviunt, qui leges denique ritè positas non observant, sentiant tuæ vim justitiæ atque intrepidæ virtutis, ut si aliqua culpa teneantur erroris humani, ab ejusmodi tamen scelerum immanitate liberentur. Liceat bonis et modestis vivere, quibus nec otiosis in communi otio jam licet esse; illis ipsis omnia arripientibus, et servitutem indicentibus maximam his qui eorum indigent operâ ad famem tolerandam. Hoc si non egeris, Antistitum Summe, si malis hominibus fræna laxaveris, si jamdiu multumque laxata non cohibueris, vereor ne, te Pontifice, decidat eò nostra respub. ut dici non falsò possit, à libidine pudorem, ab audacia timorem, ab amentia rationem penitus esse devictam, et in te bellum à nostræ religionis hostibus ante audias geri quàm parari. Si egeris, et utilitatem omnibus, et tibi etiam gloriam non hanc solùm momentaneam et caducam, quæ parvi temporis angustiis coercetur,

sed

sed et stabilem et perpetuam, non in terris modò, sed in cœlesti sede comparabis. Nec modò timendum tibi ab exteris erit, sed intrepidè sperandum, venturos nostræ religionis hostes, ad nostræ fidei disciplinam, bonis exemplis facilius quàm vi et armis invitatos. Redactum olim ad nostræ pietatis instituta terrarum orbem per Apostolos efficacius sanctissimis eorum vitæ moribus, quàm non modò Constantini Cæsaris legibus, prœliis atque triumphis, sed etiam peractis ipso Apostolorum ministerio supra vim naturæ miraculis, præclarissimi nostræ fidei assertores judicavere. Et quis, rogo, nobis assentiretur bonos mores suadentibus, si pravis ipsi abuteremur? Quis religioni quam colimus initiari per nos cuperet, quos videret quod ore asserimus factis pernegare?" Præstat itaque in reducendis hostibus et desertoribus ad nostræ fidei pietatem, ut collapsos mores ad normam priscæ virtutis instauremus, quàm quod multi ambiunt, ut classe petamus Euxinum, et exposito in continentem milite, concussaque maximis confectis prœliis Colchica Trapezunte, cruentata vexilla inferamus Armeniæ. Eja igitur, Pater Sanctissime, et naturæ lege non scripta, sed nata et revelata divinitus disciplina, et majorum tuorum sanctionibus atque decretis, et utilitate simul et gloria excitatus, indue sanctissimum in desertores et impios saluberrimumque furorem, quo discant pœnarum agere formidine, quod virtutis amore deberent. Moses ille legislator, quanquam imitissimus, terrifica tamen percitus est ira, quum posthaberi Deum agnovit, et severam in desertores pœnam exercuit. Deus et homo Christus Jesus omnium virtutum exemplar irrogatas in se contumelias patientissimè tulit. Non tulit Paterni honoris notam, quum sacrilegos venditores emptoresque ex templo expulit et flagello discussit. Et ille quidem vituli unius aurei cultores maxima est cæde persequutus; et hic columbas vænales et turtures è templo voluit ejectas. Tu verò earum cultores vitularum, quæ maximo numero in urbe non stabulantur modò sed dominantur, et

auro,

auro, purpura, margaritis, more regio incedunt ornatæ, ut ad eorum aspectum, nedum congressum plurimi et obbrutescant et pereant, exilio saltem et honorum omnium mulctâ non compesces? Tu sacras ædes sceleribus omnifariam prophanari, et in eis tot monstra Circæa grunnire permiseris? Tot Syrenes, et veriùs, tot Syrenum millia patieris, naviculæ tibi divinitus commissæ, quantum in ipsis est, procurare naufragium? Tu Dei Optimi Maximi templorum, tu Christi sanguinis mercatum sustinueris, cujus supremum sacerdotium nullis mercimoniis es consequutus? Si clemens videris pontifex, id pietati facilè adscribetur. Si nimis placidus, naturæ tuæ consuetudini, corporisque temperamento. Sed si posthaberi Deum ejusque legem patieris, et immania scelera passim et nulla prorsus verecundiâ peragi, nullus erit tam injustus rerum æstimator, qui vereatur id tribuere vel malitiæ vel negligentiæ. Quapropter si attendere diligenter et æstimare hac omni de re, de qua disseruimus, volueris, Pater Sanctissime, sic (ni fallor) planè constitues, ut leges jam ritè positæ, pœnæ saltem formidine custodiantur, dabisque operam exemplo non solùm et innocentiâ vitæ, sed animadversionis in alios, ne quicquid collibitum fuerit impunè fecisse audeant improbi, atque ita et tibi simul et omnibus consules, et collabentem jam ac prope intermorituram Christianam Rempublicam ab interitu vendicabis. Hoc omnis ordo, hoc consensio bonorum omnium exposcit et obsecrat. Quæ ubi per Te acta fuerint, ubi pessimæ vitæ monstra vel edomueris vel extinxeris, ne postea repullulent, adhibenda erit legum cautio, et severior aliquanto disciplina. Non in vestibus modò et sumptibus, sed in studiis sacræ literæ utriusque instrumenti recognoscendæ, et cum antiquis et castigatis primæ originis exemplaribus conferendæ, ut ab erratis quæ vitio temporum et librariorum incuriâ, in illas irrepserunt, omnino purgentur; solemnes cæremoniæ de quibus fuere olim quæpiam difficultates, prioribus oblatæ Synodis, statuendæ firmandæque sunt; quotidianæ preces redigendæ in statum et probatum ordinatum ordinem;

et

et veræ historiæ ab apocryphis nugis segregandæ, præscribenda principibus viris officia, ut scelerata illa et nostræ Reipublicæ deletrix opinio, licere quæ placeant, et à vulgi animis omnino amoveatur et penitus exulet. Sit inter ipsos Principes pax et discordiarum finis, ut à diuturnis dissensionibus aliquando quiescamus, daturi operam eis officiis, quæ mortales evehunt ad immortalem vitam et excedentem animantium omnium vota fœlicitatem.

Comitis Mirandulæ de Moribus reformandis Orationis Finis.

---

## No. CXLVII.

(*Vol.* iii. *p.* 207.)

*Rime Sacre di Lorenzo de' Medici. p.* 48. *Ed. Fir.* 1680.

### ORAZIONE.

MAGNO Dio, per la cui constante legge,
E sotto el cui perpetuo governo,
Questo Universo si conserva, e regge,
Del tutto Creator, che dallo eterno
Punto comandi corra el tempo labile,
Come rota farìa sù fisso perno.
Quieto sempre, e giammai non mutabile,
Fai e muti ogni cosa, e tutto muove
Da te fermo Motore infatigabile.
Ne fuor di te alcuna causa truove,
Che rimuova a formar questa materia,
Avida sempre d'aver forme nuove.
Non indigenzia, sol di bontà vera
La forma forma questa fluente opra,
Bontà, che sanza invidia o malizia era.

Questa bontà sol per amor s' adopra
In far le cose a guisa di modello,
Simile allo edificio ch'è di sopra.
Bellissimo Architetto el Mondo bello,
Fingendo prima nella eterna mente,
Fatt' ai questo all'imagine di quello.
Ciascuna parte perfetta esistente
Nel grado suo, alto Signor, comandi,
Che assolva el tutto ancor perfettamente.
Tu gli elementi a'propri luoghi mandi,
Legandoli con tal proporzione,
Che l'un dall' altro non disgiungi, o spandi.
Tra'l foco e'l ghiaccio fai cognazione,
Così temperi insieme il molle e'l duro,
Da te fatti contrari anno unione.
Così non fugge più leggiero e puro
El foco in alto, nè giù el peso affonda
La terra in basso sotto'l centro oscuro.
Per la tua providenzia fai, s'infonda
L'anima in mezzo del gran corpo, donde
Conviene in tutti e membri si diffonda.
Ciò che si muove, non si muove altronde
In sì bello animale; e tre nature
Quest'anima gentile in sè nasconde.
Le due più degne più gentili e pure,
Da sè movendo, due gran cerchi fanno,
In se medesme ritornando pure;
E'ntorno alla profonda mente vanno.
L'altra và dritta mossa dall' amore
Di far gli effetti, che da lei vita anno.
E come muove se questo Motore
Movendo el Cielo, il suo moto simiglia,
Come le membra in mezzo al petto el core.
Da tè primo Fattor la vita piglia
Ogn'animale ancor di minor vita,
Benchè più vil; questa è pur tua famiglia.

A questi

A questi dà la tua bontà infinita
Curri leggier di puro fuoco adorni,
Quando la Terra e'l Ciel gli chiama in vita.
E dipoi adempiuti e mortal giorni,
La tua benigna legge allor concede,
Che il curro ciascun monti, et a tè torni.
Concedi, o Padre, l'alta e sacra sede
Monti la mente, e vegga el vivo fonte,
Fonte ver bene, onde ogni ben procede.
Mostra la luce vera alla mia fronte,
E poichè conosciuto e'l tuo bel Sole,
Dell' Alma ferma in lui le luci pronte.
Fuga le nebbie, e la terrestre mole
Leva da mè, e splendi in la tua luce;
Tu se'quel sommo ben, che ciascun vuole.
A tè dolce riposo si conduce,
E tè come suo fin, vede ogni pio;
Tu se'principio, portatore, e duce,
La vita, e'l termin, Tu sol Magno Dio.

---

## HYMN

*Of Lorenzo de' Medici.*

Great God, by whose determin'd laws
All nature moves! unceasing cause,
Whose power the universe controuls!
Who from the central point decreed
That time his rapid flight should speed,
As round th' eternal circle rolls!

At

At rest thyself, yet active still,
Thou mak'st and changest at thy will;
Unmov'd alone, thou movest all;
Whilst matter, eager to assume
New forms, from thee awaits its doom,
And hastens at thy powerful call.

Firm on the ductile mass imprest
Whate'er thy wisdom deems the best
Thou fashion'st with unbounded love;
Whilst all the wond'ring eye surveys
Unfolds to reason's clearer gaze
The nobler Archetype above.

Revolv'd in thy eternal mind,
Whate'er thy providence design'd
It's *primal* fashion there assum'd;
Till all in just dependence shewn,
All future change to thee foreknown,
The whole in full perfection bloom'd.

Then first thy mightier chain was bound
The struggling elements around,
Till each assum'd its destin'd stand.
Thy power their contraries controul'd,
And moist and dry, and heat and cold,
Were harmoniz'd at thy command.

Nor scales the fire th' empyreal height,
Nor sinks the earth's incumbent weight
Beneath the central darkness deep;
But temper'd in proportions true,
Each binding each in order due,
They learn their destin'd bounds to keep.

Diffus'd

Diffus'd thro' all the mighty whole,
Thy goodness pours the living soul
    That actuates each remoter part.
Thy energy with ceaseless force
Impels the still returning course,
    As 'midst the limbs the heaving heart.

From Thee, great Author, all that lives
Its stated boon of life receives,
    Ere long again restor'd to Thee;
Each insect too minute to name
Yet owns a portion of thy flame,
    Part of thy num'rous family.

Resplendent cars of fiery glow
From realms of light to earth below
    Thy animated offspring bear;
And when this mortal trial ends,
Again the glorious car attends
    To wing them to their native sphere.

Grant then, my God, that rais'd sublime
My soul the arduous heights may climb,
    And gaze upon the fount of light;
Nor ever from the place where shines
That cloudless sun which ne'er declines
    Remove again its raptur'd sight.

Purge thou, my God, my visual ray;
Banish these earthly mists away,
    Great centre towards which all things tend!
In thee alone, eternal mind!
The good their final refuge find,
    Of all Creator, Guide, and End.

# N°. CXLVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 216.)

*Lutheri Opera. tom.* i. *p.* 1.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLUSTRISSIMO DOMINO, DOMINO *Alberto, Magdeburg. ac Moguntinen. Ecclesiarum Archiepiscopo Primati, Marchioni Brandeburg. &c. Domino suo et Pastori in Christo, Venerabiliter metuendo ac gratiosissimo.*

Gratiam Dei, et quicquid potest et est.

PARCE mihi, Reverendissime in Christo Pater, Princeps illustrissime, quod ego, ſex hominum, tantum habeo temeritatis, ut ad culmen tuæ sublimitatis ausus ſuerim cogitare Epistolam; testis est mihi Dominus Jesus, quod meæ parvitatis et turpitudinis mihi conscius, diu jam distuli, quod nunc perſricta fronte perficio, permotus quam maxime officio fidelitatis meæ, quam T. Reverendissimæ Pat. in Christo debere me agnosco; dignetur itaque tua interim Celsitudo oculum ad pulverem unum intendere, et votum meum pro tua pontificali clementia intelligere.

Circumferuntur Indulgentiæ papales, sub tuo præclarissimo titulo, ad fabricam S. Petri, in quibus non adeo accuso Prædicatorum exclamationes, quas non audivi, sed doleo falsissimas intelligentias populi ex illis conceptas, quas vulgo undique jactant, videlicet, quod credunt infœlices animæ, si literas Indulgentiarum redemerint, se securas esse de salute sua. Item, quod Animæ de Purgatorio statim evolent, ubi contributionem in cistam conjecerint. Deinde,

de, tantas esse has gratias, ut nullum sit adeo magnum peccatum, etiam (ut aiunt) si per. impossibile quis Matrem Dei violasset, quin possit solvi. Item, quod homo per istas indulgentias liber sit ab omni pœna et culpa.'

O Deus optime! sic erudiuntur Animæ, tuis curis, optime Pater, commissæ, ad mortem, et fit atque crescit durissima ratio tibi reddenda super omnibus istis. Id circo tacere hæc amplius non potui, non enim fit homo per ullum munus Episcopi securus de salute, cum nec per gratiam Dei infusam fiat securus, sed semper in timore et tremore jubet nos operari salutem nostram Apostolus. Et justus, inquit Petrus, vix salvabitur. Denique tam arcta est via, quæ ducit ad vitam, ut Dominus per Prophetas Amos et Zachariam, salvandos appellet torres raptos de incendio, et ubique Dominus difficultatem salutis denunciat.

Cur ergo per illas falsas veniarum fabulas et promissiones, prædicatores earum faciunt populum securum et sine timore? cum Indulgentiæ prorsus nihil boni conferant Animabus ad salutem aut sanctitatem, sed tantummodo pœnam externam, olim canonicè imponi solitam, auferant.

Denique, opera pietatis et charitatis sunt in infinitum meliora indulgentiis, et tamen hæc non tanta pompa nec tanto studio prædicant, imo propter Venias prædicandas illa tacent, cum tamen omnium Episcoporum hoc sit officium primum et solum, ut populus Evangelium discat, et charitatem Christi, nusquam enim præcipit Christus Indulgentias prædicari. Quantus ergo horror est, quantum periculum Episcopi, si tacito Evangelio, non nisi strepitus indulgentiarum permittat in populum suum spargi, et has plus curet quam Evangelium? nonne dicet illis Christus, Colantes culicem, et glutientes camelum.

Accedit ad hoc, Reverendissime Pater in Domino, quod in Instructione illa commissariorum, sub T. Reverendissimæ P. nomine edita, dicitur (utique sine T. P. Reverendissimæ et scientia et consensu) unam principalium gratiarum esse donum illud Dei inæstimabile, quo reconciletur homo Deo, et omnes pœnæ deleantur Purgatorii. Item, quod non sit necessaria contritio his, qui Animas vel Confessionalia redimunt.

Sed quid faciam, optime Præsul et illustrissime Princeps, nisi quod per Dominum Jesum Christum T. Reverendissimam P. orem, quatenus oculum paternæ curæ dignetur admittere, et eundem Libellum penitus tollere, et prædicatoribus veniarum imponere aliam prædicandi formam, ne forte aliquis tandem exurgat, qui editis Libellis, et illos, et Libellum illum confutet, ac vituperium summum Illustrissimæ Tuæ Sublimitatis, quod ego vehementer quidem fieri abhorreo, et tamen futurum timeo, nisi cito succurratur.

Hæc meæ parvitatis fidelia officia, rogo, tua illustrissima gratia dignetur accipere, animo principali, et episcopali, id est, clementissimo, sicut ego ea exhibeo corde fidelissimo, et T. P. Reverendissimæ deditissimo, quando et ego pars ovilis tui sum. Dominus Jesus custodiat T. Reverendissimam P. in æternum, Amen.

Ex Wittemberga, in Vigilia omnium Sanctorum, Anno MDXVII.

Si T. Reverendisssimæ P. placet, poterit has meas Disputationes videre, ut intelligat, quam dubia res sit Indulgentiarum opinio, quam illi ut certissimam seminant.

T. Reverendissimæ P.

MARTINUS LUTHERUS.

No.

# No. CXLIX.

(*Vol.* iii. *p.* 222.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 65.

BEATISSIMO PATRI *Leoni Decimo, Pont. Max. F. Martinus Lutherus Augustinianus, æternam salutem.*

AUDITUM audivi de me pessimum, Beatissime Pater, quo intelligo, quosdam amicos fecisse nomen meum gravissime coram te et tuis fœtere, ut quia autoritatem et potestatem clavium et Summi Pontificis minuere molitus sim. Inde Hæreticus Apostata, perfidus et sexcentis nominibus, imo ignominiis accusor. Horrent aures et stupent oculi. Sed unicum stat fiduciæ præsidium, innocens et quieta conscientia. Nec nova audio; talibus enim insignibus et in nostra Regione me ornaverunt, homines isti honestissimi et veraces, id est, pessime sibi conscii, qui sua portenta mihi conantur imponere, et mea ignominia, suas ignominias glorificare. Sed rem ipsam, Beatissime Pater, digneris audire ex me infante et inculto.

Cœpit apud nos diebus proximis prædicari Jubileus ille Indulgentiarum Apostolicarum, profecitque adeo, ut præcones illius, sub tui nominis terrore, omnia sibi licere putantes, impiissima hæreticaque palam auderent docere, in gravissimum scandalum et ludibrium Ecclesiasticæ potestatis, ac si Decretales de abusionibus quæstorum nihil ad eos pertinerent. Nec contenti, quod liberrimis verbis hæc sua venena diffunderent, insuper Libellos ediderunt, et in vulgum sparserunt. In quibus, ut taceam insatiabilem et inauditam avaritiam, quam singuli pene apices olent crassissime, eadem illa impia et hæretica statuerunt, et ita statuerunt, ut Confessores

ſessores juramento adigerent, quo hæc ipsa fidelissime in-instantissimeque populo inculcarent.

Vera dico, nec est, quo se abscondant à calore hoc. Extant Libelli, nec possunt negare. Agebantur tum illa prospere, et exugebantur populi falsis spebus, et ut Propheta ait, Carnem desuper ossibus eorum tollebant. Ipsi vero pinguissime et suavissime interim pascebantur.

Unum erat, quo scandala sedabant, scilicet, terror nominis tui, ignis comminatio et Hæretici nominis opprobrium. Hæc enim incredibile est quam propensi sint intentare, quandoque etiam sit, in meris opiniosisque nugis suis contradictionem senserint. Si tamen hoc est scandala sedare, ac non potius mera tyrannide, schismata et seditiones tandem suscitare.

Verum nihilominus crebrescebant Fabulæ per tabernas de avaritia sacerdotum, detractionesque clavium, summique Pontificis, ut testis est vox totius hujus terræ. Ego sane (ut fateor) pro zelo Christi, sicuti mihi videbar, aut si ita placet, pro juvenili calore urebar, nec tamen meum esse videbam, in iis quicquam statuere aut facere. Proinde monui privatim aliquot magnates Ecclesiarum. Hic ab aliis acceptabar, aliis ridiculum, aliis aliud videbar; prævalebat enim nominis tui terror et censurarum intentatio. Tandem, cum nihil possem aliud, visum est, saltem, leniuscule illis reluctari, id est, eorum dogmata in dubium et disputationem vocare. Itaque Schedulam disputatoriam edidi, invitans tantum doctiores, si qui vellent mecum disceptare, sicut manifestum esse etiam adversariis oportet, ex Præfatione ejusdem disceptationis.

Ecce, hoc est incendium, quo totum Mundum quæruntur conflagrari, forte quod indignantur me unum, autoritate tua Apostolica Magistrum Theologiæ, jus habere, in publica Schola

Schola disputandi; pro more omnium Universitarum et totius Ecclesiæ, non modo de indulgentiis, verum etiam de potestate, remissione, Indulgentiis divinis, incomparabiliter majoribus rebus. Nec tamen multum moveor, quod hanc mihi facultatem invideant, à tua B. potestate concessam, qui eis favere cogor invitus, multo majora, scilicet, quod Aristotelis somnia, in medias res Theologiæ miscent, atque de divina Majestate meras nugas disputant, contra et citra facultatem eis datam.

Porro, quod nam fatum urgeat has solas meas Disputationes præ cæteris, non solum eis, sed omnium Magistrorum, ut in omnem terram pene exierint, mihi ipsi miraculum est. Apud nostros et propter nostros tantum sunt editæ, et sic editæ, ut mihi incredibile sit, eas ab omnibus intelligi, Disputationes enim sunt, non doctrinæ, non dogmata, obscurius pro more, et ænigmaticas positæ. Alioqui si prævidere potuissem, certe id pro mea parte curassem, ut essent intellectu faciliores.

Nunc quid faciam? Revocare non possum, et miram mihi invidiam ex ea invulgatione video conflari; invitus venio in publicum, periculosissimumque ac varium hominum judicium præsertim ego indoctus, stupidus ingenio, vacuus eruditione, deinde nostro florentissimo seculo, quod pro sua in literis et ingeniis fœlicitate etiam Ciceronem cogere possit ad angulum lucis et publici, alioqui non ignavum sectatorem; sed cogit necessitas, me anserem strepere inter olores.

Itaque quo et ipsos adversarios mitigem, et desideria multorum expleam, emitto ecce meas nugas, declaratorias mearum Disputationum; emitto autem, quo tutior sim, sub tui nominis præsidio, et tuæ protectionis umbra, Beatissime Pater, in quibus intelligent omnes, qui volent, quam pure simpliciterque Ecclesiasticam potestatem et reverentiam clavium

quæsierim

quæsierim et coluerim, simulque quam inique et false me tot nominibus adversarii fœdaverint. Si enim talis essem, qualem illi me videri cupiunt, ac non potius omnia disputandi facultate, rectè a me tractata fuissent, non potuisset fieri, ut Illustr. Princeps Fridericus Saxoniæ Dux, Elector Imperii, &c. hanc pestem in sua permitteret Universitate, cum sit Catholicæ et Apostolicæ veritatis unus facile amantissimus, nec tolerabilis fuissem viris nostri studii acerrimis et studiosissimis. Verum actum ago, quando illi suavissimi homines non verentur mecum et Principem et Universitatem pari ignominia conficere palam.

Quare, Beatissime Pater, prostratum me pedibus tuæ B. offero cum omnibus quæ sum et habeo. Vivifica, occide, voca, revoca, approba, reproba, ut placuerit; vocem tuam, vocem Christi, in te præsidentis et loquentis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo. Domini enim est terra, et plenitudo ejus, qui est benedictus in secula, Amen, qui et te servet in æternum, Amen. Die S. Trinitatis, Anno MDXVIII.

---

## No. CL.

(*Vol.* iii. *p.* 225.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 160.

EPISTOLA IMPERATORIS MAXIMILIANI AUGUSTI: *missa ex conventu Augustiniano, Anno* MDXVIII. *De controversiis Lutheri, ad Leonem X. Pontificem Romanum.*

BEATISSIME Pater, Domine Reverendissime, Accepimus non adeo multos ante dies, quendam Fratrem Augustinianum, Martinum

Martinum Lutherum, nonnullas Conclusiones in materia Indulgentiarum, scholastico more discutiendas, disseminasse, nec non in Concionibus suis et ea de re, et de vi Apostolicarum Excommunicationum plurima docuisse, in quibus damnosa et hæretica pleraque videantur; atque ea nunc per Magistrum Sacri vestri Palatii notata esse. Quæ rés nobis eo magis displicuit, quo pertinacius dictus frater, ut edocti sumus, doctrinæ suæ inhærere, atque complures errorum suorum Defensores et Patrones, etiam potentes, consequutus esse dicitur.

Verum, cum suspectæ adsertiones, et periculosa dogmata à nemine melius, rectius et verius dijudicari queant, quam à Beatitudine vestra, quæ sola, ut potest, ita debet, vanarum quæstionum, sophisticarum rationum, et verbosarum contentionum autores compescere, quibus pestilentiores Christianæ pietati nulli contigerunt, huc tantum spectantes, ut quod ipsi didicerunt, id solum habeatur in precio, quod præsentis seculi, et eruditiorum consensus, et pie antea in Christo defunctorum candida et solida doctrina comprobat.

Extat pervetustum Pontificii Senatus Decretum, de constituendis Doctoribus, in quo de sophistica nusquam unquam quicquam cautum est, nisi quod ista in Decretis vocantur in dubium, utrum fas sit, ea discere nec ne, atque horum studium à multis et magnis autoribus improbatur. Cur igitur, quod Pontificum autoritas jussit, negligitur, et de quo dubitatum, imo improbatum est, id solum recipitur, necesse est interdum hallucinari, somniare et cæcutire Magistros istos, quibus debetur, quod non solum hactenus Doctores ab Ecclesia recepti solidiores non lecti, sed plerique depravati sunt, atque mutili redditi.

Tacemus iis Autoribus pullulasse longe plures, quam unquam damnatas fuisse hæreses. Tacemus Reuchlinianam infamationem, et nunc præsentem hanc periculosissimam de In-

dulgentiis atque censuris Apostolicis disceptationem, his perniciosis Autoribus in mundum emanasse, Quibus nisi Beatitudinis vestræ, et Reverendissimorum Patrum autoritas legem finemque imposuerit, brevi non solum imperitæ imponent multitudini, sed et Principum virorum sibi auram et favorem in mutuam perniciem comparabunt. Quibus, si conniventibus oculis campus apertus atque liber dimittatur, futurum est, ut quod omnium maxime in votis habent, ut pro optimis et sanctissimis Doctoribus istorum nenias præ oculis habere cogatur totus nundus.

Hæc pro singulari nostra in sedem Apostolicam reverentia Beatitudini vestræ significavimus, ut sinceritas Christiana, hujusmodi temerariis Disputationibus et captiosis Argumentis, non lædatur et scandalizetur. Nos enim quidquid super his sanctè statuerit in Imperio nostro, ad laudem et honorem Dei omnipotentis, et Christi fidelium salutem, ab omnibus observari faciemus. Datum in civitate nostra imperiali Augusta, die quinta mensis Augusti, Anno MDXVIII. Regnorum nostrorum, Romani tricesimo tertio, Hungariæ vero vicesimo nono.

---

## No. CLI.

(*Vol.* iii. *p.* 226.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 161.

LEO PAPA X. DILECTO NOSTRO FILIO THOMÆ, TITULI S. SIXTI, PRESBYTERO *Cardinali nostro, et Apostolicæ Sedis de latere Legato.*

DILECTE fili noster, Salutem et Apostolicam benedictionem. Postquam ad aures nostras pervenerat, quendam Martinum

Martinum Lutherum, Ordinis Eremitarum S. Augustini Professorem, in reprobum sensum versum, nonnulla hæreticè, et ab eo, quod sancta Romana tenet Ecclesia, diversa asseverare, et super hoc Conclusiones, nec non famosos Libellos temeritate propria, et erecta cervice, laxatis obedientiæ frenis, inconsulta Romana Ecclesia, fidei Magistra, in diversis Germaniæ partibus publicare ausum fuisse, Nos temeritatem suam paterne corrigere volentes, Venerabili Fratri nostro Hieronymo Episcopo Asculano, Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, commisimus, ut ipsum Lutherum ad comparendum personaliter coram eo, et se super præmissis examinandum, et qualiter de fide sentiret respondendum, sub certis pœnis moneret, Ipseque Hieronymus auditor, contra dictum Martinum Lutherum monitorium hujusmodi, ut accepimus, decrevit.

Nuper autem ad notitiam nostram devenit, quod dictus Martinus benignitate nostra abusus, et audacior effectus, mala malis addendo, et pertinaciter in hæresi persistendo, nonnullas alias Conclusiones ac famosos libellos similiter publicavit, in quibus nonnulla alia hæretica et erronea continentur, quod quidem mentem nostram non modicum perturbavit.

Quare, prout pastorali nostro incumbit officio, in præmissis occurrere, et ne pestis hujusmodi adeo invaleat, ut simplicium animos inficiat, providere volentes, circumspectioni tuæ, (de qua tum ob singularem doctrinam et rerum experientiam, tum ob in nos, et *hanc sanctam* Sedem, cujus honorabile membrum existis, sinceram devotionem plurimum in Domino confidimus) per præsentes mandamus, ut eisdem præsentibus receptis, absque ulla mora, quoniam res apud nos, tum ex fama, tum ex facti permanentia, notoria et inexcusabilis est, dictum Lutherum hæreticum per prædictum auditorem jam declaratum ad personaliter coram te comparendum,

parendum, invocato ad hoc tàm clarissimi in Christo filii nostri Maximiliani Romanorum Imperatoris Electi, quam reliquorum Germaniæ Principum, Communitatum Universitatum et Potentatuum, tam Ecclesiasticorum, quam secularium, brachio, cogas atque compellas, et eo in potestate tua redacto, eum sub fideli custodia retineas, donec à nobis aliud habueris in mandatis, ut coram nobis et Sede Apostolica sistatur. Ac quod si coram te, sponte ad petendam de hujusmodi temeritate veniam, venerit, et ad cor reversus pœnitentiæ signa ostenderit. Tibi eum ad unitatem sanctæ matris Ecclesiæ, quæ nunquam claudit gremium redeunti, benigne recipiendi concedimus facultatem.

Si vero in pertinacia sua perseverans et brachium seculare contemnens, in potestatem tuam non venerit, Tibi in omnibus Germaniæ partibus eum ac omnes ipsius adhærentes et sequaces, etiam per edicta publica, ad instar illorum, qui olim in Albo prætorio scribebantur, pro hæreticis, excommunicatis, anathematizatis, et maledictis publicandi, et ab omnibus Christi fidelibus, tanquam tales evitari faciendi, concedimus similiter facultatem.

Et ut celerius et facilius morbus hujusmodi exterminetur, universos et singulos Prælatos, et alias Ecclesiasticas personas, tam seculares quam quorumvis Ordinum, etiam mendicantium regulares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones ac quascunque Communitates, Universitates et Potentatus (præfato Maximiliano electo Imperatore excepto) autoritate nostra etiam sub Excommunicationis latæ sententiæ, et aliis infra dicendis pœnis moneas, et requiras, ut sicut reputari cupiunt, et haberi fideles, dictum Martinum, et ejus adhærentes et sequaces capiant, et ad manus tuas transmittant.

Quod si, quod absit, quod nobis persuadere non possumus,

mus, prædicti Principes, Communitates, Universitates, et Potentatus, aut aliquis eorum, Martinum, aut adherentes et sequaces prædictos quomodolibet receptaverint, seu eidem Luthero auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, ex quavis causa quomodolibet dederint, eorundem Principum, Communitatum, Universitatum, et potentatuum, ac cujuslibet eorum civitates, oppida, terras et loca, nec non civitates, oppida, terras, et loca ad quæ prædictum Martinum declinare contigerit, donec dictus Martinus ibidem permanserit, et per triduum post, ecclesiastico subjicimus interdicto.

Mandantes nihilominus omnibus et singulis Principibus, Communitatibus, Universitatibus et Potentatibus prædictis, ultra præfatas pœnas, quo ad ecclesiasticos et regulares prædictos sub privationis Ecclesiarum, Monasteriorum, et aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, nec non inhabilitatis ad eà in posterum obtinenda, privatione quoque Feudorum. Quo vero ad Laicos, dempto prædicto Imperatore, infamiæ, et inhabilitatis ad omnes actus legitimos Ecclesiasticæ sepulturæ, privationis quoque Feudorum, à nobis et sede Apostolica, vel quibusvis aliis etiam secularibus obtentorum pœnis, eo ipso incurrendis, quatenus mandata requisitionis et hortationes tuas sine exceptione, contradictione et replicatione aliqua ilico exequantur, et â consilio, auxilio, favore, et receptatione prædictis omnino abstineant.

Obedientibus vero Indulgentiam etiam plenariam, seu retributionem aliquam, aut gratiam arbitrio tuo concedendi, tenore præsentium tibi tribuimus facultatem. Non obstantibus, exemptionibus, privilegiis, et indultis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, quibusvis Ecclesiasticis seu cujusvis Ordinis et mendicantium regularibus, Ecclesiis, Monasteriis sive locis, aut personis etiam secularibus, quomodolibet concessis, etiam

si

si in eis caveretur expresse, quod excommunicari, suspendi, interdici nullo modo possint, cum irritantis decreti appositione, quibus eorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, ad effectum præsentium specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die XXIII. Augusti, Anno MDXVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

JACOBUS SADOLETUS.

---

## No. CLII.

(*Vol.* iii. *p.* 228.)

*Lutheri op. p.* 160.

LEO PAPA X. DILECTO FILIO NOBILI VIRO FRIDERICO, DUCI SAXONIÆ, *Sacri Romani Imperii Principi Electori*, *S.*

DILECTE Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum memoria recolimus nobilissimam Familiam tuam, teque ipsum caput et ornamentum familiæ, ad cæteras laudes proprias generis vestri hanc primam et potissimam esse voluisse, ut per vos Dei fides ac religio, et hujus sanctæ Sedis honor ac dignitas, quemadmodum quidem decet et fas est, salva atque illibata manerent, non possumus existimare errantem quempiam à fide, vel adversus eam potius oblatrantem, tuæ nobilitatis favore aut gratia fretum, superbiæ et iniquitati suæ frena tam audacter laxare.

Cum vero audimus, et ad nos undique defertur, quendam iniquitatis filium, Fratrem Martinum Lutherum, ordinis Eremitarum,

Eremitarum, S. Augustini congregationis Alemanniæ, immemorem habitus, professionisque suæ, quæ in humilitate et obedientia consistit, prævaricantem, in Ecclesia Dei jactare se, tanquam tuæ nobilitatis præsidio munitus, nullius autoritatem reprehensionemque vereatur. Etsi cognoscimus falsum hoc esse, tamen eidem nobilitati tuæ scribendum duximus, hortantes eam in Domino, ut pro nomine et dignitate boni catholicique Principis, qualis tu es, retinere splendorem optimæ famæ generis tui immaculatum ab hac calumnia velis. Neque solum culpam evitare, quod facis, nulla enim adhuc in te nostro judicio culpa est, sed etiam suspicionem fugere hujus culpæ, quam tibi illius temeritas inferre conatur.

Et quoniam ex doctissimorum ac religiosissimorum hominum relatione, ac præsertim dilecti filii Magistri sacri Palatii nostri, nobis constat, multa, dictum fratrem Martinum Lutherum, impia et hæretica, audere asserere, et publice affirmare; Nos et eum citari ad respondendum jussimus, et dilecto filio nostro Thomæ, tituli S. Sixti Presbytero Cardinali nostro, et hujus sanctæ Sedis de latere Legato, homini omnis Theologiæ Philosophiæque consultissimo, quid eum agere oporteat, commissimus.

Cum autem hæc res Dei Catholicæque fidei sinceritatem omnino concernat, sitque proprium officium Sedis Apostolicæ, fidei magistræ cognoscere, qui recte sentiant aut perperam; hortamur denuo nobilitatem tuam, et in virtute sanctæ obedientæ mandamus, ut et Dei, et nostri, et sui honoris causa, dare operam et efficere velit, ut is Martinus Lutherus in potestatem et judicium hujus sanctæ Sedis, sicut à te Legatus prædictus requisiverit, deducatur. Quöd erit fidei catholicæ gratum et salutare munus, tuæ nobilitati, ob pietatis et religionis cultum, in primis honorificum. Siquidem ad honorem nominis tui et animæ salutem in primis pertinet,

net, ne præsens et futurum seculum ullo tempore commemorare possit, hæresin perniciosissimam in Ecclesia Dei, favore domus tuæ nobilissimæ, fuisse exortam, cui te periculo occurrere tua sapientia decet.

Quod si forte aliquid tibi de eo in bonam partem persuasum est, re apud Sedem Apostolicam discussa, et veritate indigata, aut is, si erit innocens, cum bona nostra gratia remittetur; aut si pravæ mentis inventus fuerit, mens tua ab omni errore liberabitur. Nos et paterno affectu, et ex pastorali officio, neque innocentiæ pœnam ullam proponimus, et pœnitenti clementiæ nostræ gremium largiter aperiemus. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die XXIII. Augusti, Anno M.D.XVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

JACOBUS SADOLETUS.

---

## No. CLIII.

(*Vol.* iii. *p.* 229.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 162.

EPISTOLA ACADEMIÆ WITEMBERGENSIS AD LEONEM X. ROMANUM PONTIFICEM, *Testimonium præbens de integritate D. Martini Lutheri, et excusans eum, quare Romam proficisci non possit.*

NON temeritati neque impudentiæ nobis vertet, Beatissime Pater, suavissima illa tua et vere pastoralis Clementia, quod Sanctitatem tuam hisce nostris Literis adire præsumpsimus, Pietas ipsa et veritas vice nostræ verecundiæ abunde (speramus)

tamus) nobis conciliabit patientissimam tuam, et passim omnibus munifice expositam benevolentiam.

Frater quidam, Martinus Lutherus, Artium et sacræ Theologiæ Professor, nostri studii fidele gratumque membrum, (ut vocant) nobis supplex factus, fiducia nostræ intercessionis, Literas ad Beatitudinem tuam postulavit, quibus testimonium perhiberemus et doctrinæ et famæ ejus, quam à quibusdam iniquius damnari et accusari queritur.

Denique et nunc autoritate Beatitudinis tuæ, per Commissionem propter disputatas aliquot apud nos Propositiones de Indulgentiis, citatus, et personaliter comparere in Urbe jussus est. Quia vero et corporis valetudo, et itineris periculum, non patiuntur eum facere quod deberet et vellet, hæc res suprà vires suas esse videtur, Idcirco nos ejus et necessitati et petitioni compassi, negare non voluimus id, quo sibi opus esse credit, testimonium nostrum.

Quare, Beatissime Pater, humiliter et obnixe oramus, devoti deditique filii Sanctitatis tuæ, ut hunc Virum cum credere dignetur, cujus apud nos opinió usque adhuc nullius perversi et quod â sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ sensu aberret, dogmatis labe respersa aut contaminata sit. Nisi quod ritu et facultate disputandi liberius forte quædam posuerit (nihil asserendo) quam ferre potuerint quidam adversarii sui. Nam nec nos ipsi tales unquam videri voluimus, qui pertinaciter adversus catholicum Dogma quidquam sapere statuerent. Parati per omnia, tuis et sanctæ Ecclesiæ voluntatibus parere in Christo Jesu Domino Deo nostro, qui et sanctitatem tuam nobis faciat propiciam et exorabilem, et gratia sua hic præveniat, et illic gloria æterna subsequatur, Amen. Datum Wittembergæ xxv. Septemb. Anno MDXVIII.

Tuæ Sanctitatis devoti deditique Filii, Rector, Magistri, et Doctores Academiæ Wittembergensis.

# No. CLIV.

(*Vol.* iii. *p.* 230.)

*Lutheri op. tom* i. *p.* 163.

Martinus Lutherus Philippo Melancth. S.

NIHIL novi aut miri hic agitur, nisi quod mei nominis rumore Civitas plena est, et omnes cupiunt videre hominem tanti incendii Herostratum. Tu age virum, sicut agis, et adolescentes recta doce. Ego pro vobis et illis vado immolari, si Domino placet. Malo perire, et quod unum mihi gravissimum est, etiam vestra conversatione dulcissima carere in æternum, quam ut revocem bene dicta, et studiis optimis perdendis occasio fiam, apud hos, ut insipientissimos, ita acerrimos literarum et studiorum hostes.

Italia est in Ægypti tenebras palpabiles projecta, adeo ignorant omnes Christum, et ea quæ Christi sunt. Hos tamen Dominos et Magistros habemus fidei et morum. Sic impletur irá Dei super nos, quæ *dicit*: Dabo pueros Principes eorum, et effœminati dominabuntur eis. Vale, mi Phillippe, et Dei iram castis precibus averte. Augustæ feria secunda post Dionysii, Anno M.D.XVIII.

F. Martinus Lutherus.

# N°. CLV.

(*Vol.* iii. *p.* 238.)

*Lutheri op. tom* i. *p.* 169.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO THOMÆ, TITULI S. SIXTI, *Præsbytero Cardinali, sanctæ Sedis Apostolicæ per Germaniam de latere Legato, &c. In Christo metuendo et colendo, Salutem et omnem subjectionem sui.*

REVERENDISSIME in Christo Pater. Iterum Venio, sed per literas; dignetur Reverendissima Paternitas tua me clementissimè audire.

Egit mecum Reverendus, mihique dulcissimus, Pater meus in Christo, Vicarius noster Johannes Stupicius, ut humiliter sentirem, et opinioni propriæ cederem, et censum meum submitterem, commendavitque ac exuberantissimè persuasit Paternitatem tuam Reverendissimam mihi esse gratiosissimam. Ea res, et nuncius pariter me mirum in modum exhilararunt, Est enim homo hic talis et tantus in oculis meis, ut nullus sit in mundo cui libentius audirem et obsequerer. Nec minus egit dulcissimus frater meus, Magister Venceslaus Lincus, qui ab ineunte ætate pari mecum studio adolevit. Breviter, non potuit Reverendissima Paternitas tua fortius et dulcius me movere, quàm his duobus Viris mediatoribus, quorum uterque in solidum me habet in manu sua. Tanta est tua simul humanitas et prudentia, qua video tuam Reverendissimam Paternitatem non mea, sed me quarere, cum potuisset sola potestate in me dominari. Itaque jam timor meus sensim transit, imò mutatus est, in

in singularem erga Reverendissimam Paternitatem tuam amorem, et veram filialemque reverentiam.

Nunc, Reverendissime in Christo Pater, fateor, sicut et alias fassus sum, me fuisse certè nimis (ut dicunt) indiscretum, acrem et irreverentem in nomen summi Pontificis. Et licet acerrime fuerim in hanc irreverentiam provocatus, tamen meum fuisse nunc intelligo, modestias, humilius et reverentius hanc materiam tractare, et non ita respondere stulto, ut ei similis efficerer, de quo sincerissimè doleo, et veniam peto, et per omnia Pulpita in vulgus promulgabo, sicut et sæpius jam feci, Daboque deinceps operam, ut alius sim, et aliter loquar, Deo miserente. Imò promptissimus sum, atque facilimè promitto, me posthac materiam de Indulgentiis non tractare, atque his finitis quiescere, modo illis quoque modus imponatur, aut sermonis aut silentii, qui me in hanc Tragœdiam suscitaverunt.

Cæterùm, mi Reverendissime in Christo, ac jam dulcissime Pater, quantum ad sententiæ veritatem pertinet, libentissimè omnia revocarem, tam tuo, quàm Vicarii mei jussu et consilio, si ullo modo conscientia mea permitteret. Ego enim scio, nullius præcepto, nullius consilio, nullius gratia, me tantum debere permittere, ut aliquid contra conscientiam dicam, aut faciam. Deinde narrationes divi Thomæ et aliorum tantæ non sunt, ut mihi in hac Quæstione satisfaciant, cum dedita opera contra eas disputarim, ut optimè perlectas et percognitas, visæ enim sunt non satis firmo niti fundamento. Hoc autem unum superest, ut meliori superer ratione, quæ est: Si vocem sponsæ audire merear, hanc enim, certum est, vocem sponsi audire.

Ideoque omni humilitate supplico, Reverendissima Paternitas tua dignetur ad Sanctissimum Dominum nostrum Leonem X. istam causam referre, ut per ecclesiam hæc dubia

bia determinata, ad justam vel revocationem vel credulitatem possit compelli. Nihil enim aliud cupio, quam Ecclesiam audire et sequi. Nam mea super dubiis et indeterminatis Revocatio quid faciat, ignoro, nisi quod meritò mihi objici posse timeo, me, nec quid asseruerim, nec quid revocarim, scire. Suscipiat Reverendissima Paternitas tua hanc humilitatis et parvitatis meæ supplicationem, ut in filii vicem clementer commendatum me habere dignetur. Datum pridiè Lucæ Evangelistæ. Anno MDXVIII.

Reverendissimæ tuæ Paternitatis

Deditus filius

F. MARTINUS LUTHERUS AUGUSTINIANUS.

---

## N°. CLVI.

(*Vol.* iii. *p.* 239.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 170.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, THOMÆ TITULI S. SIXTI, *Presbytero Cardinali, Sanctæ Sedis Apostolicæ per Germaniam de latere Legato, &c. In Christo metuendo et colendo, F. Martinus Lutherus salutem et seipsum.*

VIDIT Reverendissima paternitas tua, Reverendissime in Christo Pater, vidit, inquam, et satis cognovit meam obedientiam, qua per tantum iter, ac per tot pericula, imbecillis corpore, et pauperrimus sumptu, huc me contuli; et ad mandatum Sanctissimi Domini nostri Leonis X. coram Reverendissima Paternitate tua comparui, et me obtuli. Præterea edito libello Resolutionum, me et omnia mea sub pedibus

37675

dibus suæ Sanctitatis projeci, expectans accepturusque quidquid sivè damnanti sive approbanti visum fuerit. Et planè nihil me omisisse mihi conscius sum, quod ad deditum obedientemque Ecclesiæ filium pertinere possit.

Quare frustrà hic tempus terere nolo, neque possum, quia et sumptus deficit et Patribus his Carmelitis satis superque fuerim et sim onerosus, maximè cum Reverendissima Paternitas tua mihi viva voce mandarit, ut si nollem revocare, non redirem in conspectum Reverendissimæ Pat. tuæ. Revocare quid et quantum valeam, prioribus literis signavi.

Itaque nunc abeo, et alio me loco provisurus migro. Et quanquam mihi consultum est, ab his etiam, qui vel majores me movere possunt, ut à Reverend. Paternitate tua, imò à Sanctissimo Domino nostro Leone X. malè informato, ad melius informandum (scio enim quod Principi nostro Illustrissimo, gratum facturum appellando magis quam revocando) appellem. Tamen quantum in me fuisset, non appellassem, Primum, quod mihi non videatur necessaria Appellatio vel commissio ad partes. Cum ego, ut dixi, omnia in judicium Ecclesiæ retulerim, et non nisi sententiam ejus expectem. Quid enim ultra facere debeo, aut facere possum? Neque enim me reo aut responsore opus est, qui non quid ego dixi, sed quid Ecclesia dictura sit, attendo, nec Adversarius contendere, sed Discipulus audire volo.

Deinde, quod mihi pene persuasum est, hanc causam Reverendissimæ Paternitati tuæ esse molestam, et Appellationem gratissimam, Ideoque sicut non mereor, ita nec timere habeo censuras. Et si ego Dei gratia talis sim, ut censuras

suras longè minus timeam, quàm errores et malam in fide opinionem, sciens, quod censura non nocet, imò prodest, si sana fides et veritatis sensus mecum fuerit.

Quare per Christi viscera, et insignem tuam mihi exhibitam Clementiam, rogo, dignetur hanc meam obedientiam hucusque præſtitam et completam, gratiose agnoscere, et sanctissimo Domino nostro Papæ benigniter commendatam facere. Atque hanc meam abitionem et Appellationem, pro mea necessitate et amicorum autoritate paratam, boni consulere. Nam eorum vox et ratio mihi insuperabilis est hæc: Quid tu revocabis? Nunquid tua Revocatione nobis legem fidei statues? Damnet Ecclesia prius, si quid damnandum est, et ejus tu judicium sequere, non illa tuum sequatur judicium, atque ita victus cedo.

Valeat itaque Reverendissima Paternitas tua, in Christo, mihi observantissimo, Ex Carmelo Augustensi, die S. Lucæ Evang. Anno M.D.XVIII.

Reverendissimæ Paternitatis tuæ

Deditus filius,

MARTINUS LUTHERUS AUGUSTINIANUS.

# N°. CLVII.

(*Vol.* iii. *p.* 240.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 173.

EPISTOLA THOMÆ CAJETANI TITULI S. SIXTI PRESBYTERI CARDINALIS, AD *D. Fridericum, Saxoniæ Ducem, Sacri Imperii Electorem, &c. De Lutheri causa, post discessum ejusdem Lutheri ex Augusto, Anno* MDXVIII.

ILLUSTRISSIME et Excellentissime Princeps. Venit Frater Martinus cum literis Excellentiæ vestræ, et antequam nos adiret, voluit se munire salvo conductu, quem ab illis Dominis, Cæsareæ Majestatis Consiliariis, vestræ Illustrissimæ Dominationis intuitu et favore impetravit. Non tamen sine scitu meo. Noluerunt enim hi Domini quidquam illi concedere, nisi me permittente. Quibus respondi, Facerent quidquid eis placeret, dummodò nomen meum non misceretur. Et hîc cœpi mirari; nam si Excellentia vestra in me confidebat, non erat opus salvo conductu; si non confidebat, non erat mittendus ad me, ut Patrem.

Adiit deinde nos Frater Martinus, primùm excusans se super impetratione salvi conductus propter inimicitias, &c. Deinde dicens, se venisse, ut nos audiret, et veritatem à nobis agnitam profiteretur. Nos hominem libentissimè ac humanissimè excepimus, paterneque complexi sumus. Dixi ante omnia, quod secundùm solidam Scripturam sacram et sacros Cannones interrogandus esset, et quod si se cognosceret, et de cætero caveret, possemusque securè dormire, ne reverteretur ad vomitum, omnia componerem, sanctissimi Domini nostri Papæ Leonis X. autoritate.

Ostendi

Ostendi deinde, monuique paternè, Disputationes et Sermones ejus esse contra Apostolicam doctrinam, maximè super Indulgentiis, citavique Extravagantem Clementis VI. apertè contra ipsum stantem, tam super causa, quàm effectu Indulgentiarum. Adduxi præterea antiquam et communem Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, ac interpretationem super alio etiam Articulo de fide Sacramentorum aperui; admonuique opinionem ejus non esse sanam, sed manifestè dissentire à sacra Scriptura et recta Ecclesiæ doctrina, quæ illi omninò repugnat. Is ad Extravagantem claram et apertam dixit nescio quid relatione indignum, et petiit diem ad deliberandum, rediturumque se affirmavit. Ego illum hortatus, ut se cognosceret, dimisi.

Rediitque postridiè, unà cum Patre Vicario generali congregationis Observantium, multisque stipatus. Et cum expectarem, ut se verè agnosceret, cœpit coram Notario, quem secum duxerat, protestari. Ego id subridens, iterum humanissimè hominem hortatus sum, ut relicto hujuscemodi inani consilio, ad cor et sanitatem rediret, durum esse illi contra stimulum calcitrare. Addidit deinceps, in Scriptis se velle mihi respondere, et causam suam agere, me anteriore die satis digladiatum verbis cum illo fuisse. Ego audaciam hominis miratus dixi, Fili, neque tecum digladiatus sum, neque digladiari volo. Tantùm paratus sum, intuitu Illustrissimi Ducis Friderici, te paternè ac benignè (non disputandi contendendivè gratia) audire, ac pro veritate monere ac docere, conciliare etiam (si voles) sanctissimo Domino nostro Papæ Leoni X. et Romanæ Ecclesiæ.

Rogavit me tum is, tum Vicarius ejus, ut illum in Scriptis audire vellem. Dixi me libentissimè auscultaturum et facturum omnia paternè non tamen judicialiter. Itaque abiit, reversusque postea tertio est, et longam Scripto exhibuit phylacteriam, in qua fatue admodum respondet ad constitutionem Extravagantis Papæ, nec parcit etiam suæ Sanctitati, quam dicit abuti autoritatibus sacræ Scripturæ.

Ad

Ad illùd verò de fide Sacramentorum implet papyrum locis sacræ Scripturæ omninò impertinentibus et perperam intellectis.

Ego postquam ostendi non ita esse intelligendum, quod in illa Extravagante et sacris literis scriptum est, iterum atque iterum Fratrem Martinum ut filium monui et obtestatus sum, nollet plus sapere, quàm oporteret, nec nova dogmata in Ecclesiam intrudere, sed seipsum cognoscere, et salvare animam suam.

Venit ad me deinde Pater Vicarius congregationis, cum quo præsente, Magnifico Domino Urbano Oratore Montisferrati, et uno Magistro Theologiæ dicti Ordinis multasque horas tractavimus de negocio hoc, ut tolleretur scandalum, salva reverentia Apostolicæ Sedis, et sine ulla nota Fratris Martini. Venit postea solus ille Theologiæ Magister, socius Fratris Martini, qui probavit et collaudavit tractatum.

Jactis his fundamentis, cum benè sperarem omnia, profectus est hinc idem Vicarius, insalutato hospite; ac me omninò inscio subsequutus est deinde Frater Martinus et Socii ejus, mihique omninò, imò sibi, perbellè illuserunt. Accepi interea Fratris Martini literas, quibus petiit fucatam veniam, Non ideò verò revocat maledicta et scandala, quæ catholicæ Ecclesiæ incussit.

Ego, Illustrissime Princeps, fraudulentum Fratris Martini et sequacium consilium, non solùm admiratus sum, verùm etiam prorsus perhorrui et obstupui. Cum enim de bona illius valetudine maximè sperarem, maximè sum frustratus. Non video tamen cujus fiducia hæc agat.

In causa verò tria affirmaverim. Primò, dicta Fratris

 Martini

Martini in Conclusionibus suis disputativè esse posita. In sermonibus tamen ab eo scriptis, affirmativè et assertivè esse posita, et confirmata in vulgari germanico, ut ajunt. Ea autem sunt partim contra doctrinam Apostolicæ Sedis, partim verò damnabilia. Et credat mihi Illustrissima Dominatio vestra, quia vera dico et loquor ex certa scientia, non ex opinionibus.

Secundò, Illustrissimam illam vestram Dominationem hortor et rogo, consulat honori et conscientiæ suæ, vel mittendo Fratrem Martinum ad Urbem, vel ejiciendo extra terras suas, postquam non vult paterna via errorem suum cognoscere et cum universali Ecclesia benè sentire.

Postremò, illud sciat Illustrissima Dominatio vestra, nequaquam hoc tàm grave et pestilens negocium posse diu hærere. Nam Romæ prosequentur Causam, quando ego lavi manus meas, et ad sanctissimum Dominum, Dominum nostrum hujuscemodi fraudes scripsi. Benè et feliciter valeat Excellentia vestra cui me intimè commendo. Ex Augusta Vindelicorum, 25 die Octobris. Anno 1518.

Iterum atque iterum rogo, ut Dominatio vestra Illustrissima non permittat se decipi à dicentibus, Nihil mali continent Fratris Martini Lutheri dicta; Nec ponat maculam in gloriam Majorum suorum, et suam, propter unum Fraterculum, ut toties promissit. Ego loquor puram veritatem, et servabo Jesu Christi regulam: A fructibus eorum cognoscetis eos. Hæc pauca manu propria.

E. V. et Illustriss. D.

ad obsequia,

Thomas, S. Sixti Cardinalis,

*Legatus Apostolicæ Sedis.*

No.

## N°. CLVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 240.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 173.

ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS D. FRIDERICI, DUCIS SAXONIÆ, ROMANI IMPERII ELECTORIS, *Responsio ad literas D. Thomæ, Tituli S. Sixti Cardinalis, præcedentes.*

REVERENDISSIME in Christo Pater. Singulariter nobis dilectissime Domine, et Amice; Vestræ Charitatis literas die 25. Octobr. Augustæ datas, die 19. Novemb. per tabellarium non peculiarem, sed fortuitum, redditas, accepimus, ad D. Martinum Lutherum Augustinianum pertinentes, quas undecunque cum toto earum argumento percepimus atque intelleximus.

Quoniam ergò dictus Martinus coram pietate vestra apud Augustam comparuit, sicut cum charitate vestra colloquuti Augustæ pollicebamur, nostræ satisfecimus promissioni. Præterea, persuaseramus nobis, vestram pietatem, audito Martino, secundum vestræ Reverentiæ promissionem multiplicem, eum paternè et benevolè dimissuram fuisse, neque quamvis nondum cognita causa et sufficienter discussa, ut Martinus refert, coacturam ad revocationem et palinodiam. Sunt enim plurimi eruditorum, in nostris principatibus et terris, et alibi in Universitatibus studiorum, à quibus hactenus et in hodiernum usque diem constanter et irrefragabiliter certiores fieri non potuimus, Martini doctrinam impiam, non Christianam, et hæreticam esse; exceptis nonnullis, quorum rei privatæ et utilitati pecuniariæ eruditio ejus non profuit, qui ut propriæ commoditati consulerent, Martino sese adversarios opposuerunt, suo tamen proposito contra Martinum nondum probato. Nam si aliquo constanti fundamento et ratione intelligeremus, D. Martini Lutheri doctrinam impiam et in-

stabilem

stabilem esse, Dei omnipotentis auxilio et gratia, ipsimet ita nos doceremus, ut nulla indigeremus exhortatione atque admonitione. Noster enim animus, nostra voluntas, nostra mens, in hoc tota est, ut ad Christiani Principis officium sit paratissima, et qui Deo adjutore, et honori et conscientiæ suæ cupiat consultum.

Quapropter modis omnibus speravimus, non futurum, ut in hoc rerum statu, hac afficeremur comminatione, scilicet Rom. curiam id causæ prosequuturam, et Reverentiam vestram manus lavisse, vel ut à nobis postularetur, ut Martinum Lutherum sive Romam mitterimus, sive ex nostris Regionibus expelleremus, Non tamen ob alia, quam quod Martinus Lutherus criminis hæreseos nondum convictus est. Pelleretur enim incommodo nostræ Universitatis, sicut in hanc diem notum est, Christianæ, et multos bonos et doctos et studiosos homines habentis.

Neque omisimus D. Martino vestræ charitatis literas exhibere, ad quas nobis secundum tenorem exempli, his nostris literis inclusi, respondit.

Cum itaque D. Martinus sese offerat ad aliquarum Universitatum judicium, et in locis tutis disputationem, et cognita causa permissurum se obedienter, ut doceatur et simul ducatur, arbitramur eum meritò admittendum, aut saltem ei ostendendos in Scriptis errores, Id quod et nos petimus, ut sciamus, quamobrem tamen hæreticus esse debeat, et habeamus quod sequamur et faciamus. Neque enim nos ita (nondum convictum). pro hæretico reputandum et scribendum sentimus. Denique non libenter permitteremus, nos in errores pertrahi, neque ut inobedientes a Sancta Sede Apostolica inveniri.

Hoc vestram charitatem (quam Deo omnipotenti diu feliciter conservandam commendamus) celare noluimus. Datum Aldenburg, die 8. Decembris, Anno 1518.

No.

# N°. CLIX.

(*Vol.* iii. *p.* 241.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 177.

NOVA DECRETALIS LEONIS X. PONTIFICIS MAXIMI: DE INDULGENTIIS, Anno MDXVIII. condita.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

UNIVERSIS et singulis præsens Transumptum seu publicum Instrumentum inspecturis, pateat, et evidenter sit notum, Quod anno à Nativitate ejusdem Domini, millesimo, quingentesimo decimo octavo, inditione sexta, die verò decima tertia mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Leonis, divina providentia Papæ decimi, anno sexto. Ego Petrus Antonius Berrus Parmensis, publicus Apostolica autoritate Notarius, ac in Romano Archivio descriptus, constitutus in Lintz oppido, Archiducatus Austriæ, in Camera Reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Thomæ Tituli S. Sixti S. R. E. Presbyteri Cardinalis, ad Cæsaream Majestatem, &c. Sedis Apostolicæ de latere Legati, sita in Monasterio Fratrum Conventualium S. Francisci, oppidi prædicti ad infrascripta per Reverendissimum Dominum, Dominum Cardinalem, Legatum ibidem personaliter constitutum requisitus, ut exemplum seu Transumptum literarum Apostolicarum, de quibus infra ſit mentio, et quarum tenor subinseritur, in forma authentica conficerem, easque transumerem, et earundem veram copiam sive Transumptum facerem, et cum originalibus mihi Notario infra scripto per præfatum Reverendissimum Dominum Legatum præsentatis et traditis collationarem, et facta collatione Transumptum, sive copiam hujusmodi in publicam formam redigerem, Quarum literarum

Apostolicarum

Apostolicarum post Reverendissimi Domini, Domini Cardinalis Legati, earundem insinuationis exordium infra scriptum, tenor subsequitur, et est talis:

Thomas miseratione divina, Tituli S. Sixti, sacræ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, ad Cæsaream Majestatem, &c. Apostolicæ Sedis de latere Legatus, Universis et singulis Dominis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis, Salutem in Domino, sinceræque dilectionis affectum, et præsentibus fidem indubiam adhibere. Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Leo, divina providentia Papa decimus, suas nobis transmisit literas, cum vera Bulla plumbea cum Cordulis ex Canopo, more Romanæ Curiæ bullatas, sanas siquidem et integras, non vitiatas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio ac suspicione carentes, Tenorem qui sequitur, de verbo ad verbum continentes.

Leo Episcopus: Servus Servorum Dei, Dilecto filio Thomæ tituli S. Sixti, ad charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum in Imperatorem electum, nostro et Sedis Apostolicæ Legato, Salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum postquam Circumspectio tua Germaniam applicuerat, ad aures nostras pervenisset, quod nonnulli Religiosi, etiam ad evangelisandum verbum Dei deputati, super Indulgentiis, à nobis et Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ab immemorabili tempore citra concedi solitis, publicè prædicando, multorum cordibus imprimerent errores, idque nobis intelligere nimis grave et molestum esset, Aliis nostris Literis eidem Circumspectioni tuæ, de qua propter ejus singularem doctrinam, et in rebus agendis experientiam specialem, in Domino fiduciam obtinemus, commisimus, ut autoritate nostra approbatione digna approbares, Ea verò, quæ

quæ minus rectè dicta essent, etiam per eos, qui Rom. Ecclesiæ doctrinam se sequi paratos asserent, reprobare et damnare curares.

Et ne de cætero quisquam ignorantiam doctrinæ Romanæ Ecclesiæ circa hujusmodi Indulgentias, et illarum efficaciam allegare, aut ignorantiæ hujusmodi prætextu se excusare, aut protestatione conficta se juvare, sed ut ipsi de notorio mendacio ut culpabiles convinci, et meritò damnari possint, per præsentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquæ tanquam Matrem sequi tenentur, tradidisse, Romanum Pontificem, Petri Clavigeri successorem, et Jesu Christi in terris Vicarium, potestate clavium, quarum est aperire tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta, culpam scilicet et pœnam pro actualibus peccatis debitam, Culpam quidem mediante Sacramento pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis secundum divinam justiciam debitam, mediante ecclesiastica Indulgentia, posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate jungente, membra sunt Christi, sive in hac vita sint, sive in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi et Sanctorum, ac tàm pro vivis quàm pró defunctis Apostolica autoritate Indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Jesu Christi et Sanctorum dispensare, per modum absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, Vel per modum suffragii illam transferre consuevisse. Ac propterea omnes tàm vivos quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujusmodi consecuti fuerint, à tanta temporali pœna, secundum divinam justiciam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessæ et acquisitæ Indulgentiæ æquivalet. Et ita ab omnibus teneri et prædicari debere sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua illam incurrentes ab alio, quàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere, autoritate Apostolica, earundem tenore præsentium decernimus.

Et

Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare, Circumspectioni tuæ mandamus, Quatenus universos et singulos Germaniæ Archiepiscopos, Episcopos, et alios locorum Ordinarios, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub suspensionis à divinis pœna, moneas, eisque districtè præcipiendo mandes, ut præsentes literas, sive earum Transumptum, infra tempus per Circumspectionem tuam eis præfigendum, in eorum Ecclesiis, dum inibi populi multitudo ad divina convenerit, publicare, et circa Indulgentias prædictas supradicta sub simili excommunicationis latæ sententiæ pœna tenere et prædicare debeant, Et nullus contra ea quovis modo directè vel indirectè venire præsumat. Tibi nihilominus contra præsumentes et inobedientes procedendi, illosque debitis pœnis, quibus tibi videbitur, puniendi plenam et liberam etiam per præsentes concedimus facultatem, in contrarium non obstantibus quibuscunque.

Et quia difficile foret easdem præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit, deferre, Volumus, et dicta autoritate decernimus, illarum transumptis manu publici Notarii inde rogati, subscriptis, et sigillo alicujus Prælati seu Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, vel Curiæ Ecclesiasticæ, ea prorsus in judicio et extra, ac aliàs ubilibet fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si fuissent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, decimo octavo, quinto Idus Novembris. Pontificatus nostri anno sexto.

Bembus.



No.

# N°. CLX.

(*Vol.* iii. *p.* 242.)

*Lutheri op. tom.* 1. *p.* 179.

APPELLATIO F. MARTINI LUTHERI: A PAPA AD CONCILIUM, &c.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

ANNO à Nativitate ejusdem, MDXVIII, inditione VI. die verò Solis, XXVIII. mensis Novembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Leonis divina providentia Papæ X. anno VI. In mea Notarii publici testiumque infra Scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, præsentia, Constitut. R. Pater D. Martinus Lutherus Augustinian. Wittembergen. sacræ Theol. Magister, ac ibidem Lector ordinarius Theologiæ; principalis, ac principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque Procuratorum suorum quomodolibet hactenus per eum constitutorum revocationem, habens et tenens suis in manibus quandam Provocationis et Appellationis papyri schedulam, animo et intentione provocandi et appellandi, Apostolosque petendi, dicens, narrans, provocans et appellans, certis et legitimis de causis, in eadem schedula contentis et compræhensis, ad Concilium proximè et immediatè futurum, saltem in Spiritu sancto legitimè congregatum, aliis verò congregationibus, factionibus et concionibus privatis penitus seclusis, protestans aliaque faciens, prout in dicta Appellationis schedula plenius continetur, habetur et describitur, Cujus tenor sequitur, et est talis:

Cum Appellationis remedium in subsidium et relevamen

oppressorum

oppressorum à Jurium conditoribus sit adinventum, et non solùm ab illatis, verùm etiam ab inferendis, et inferri comminatis; gravaminibus et injuriis, Jura appellare permittant; adeò, quòd inferior de non appellando ad superiorem statuere non possit, et manus superiorum claudere; sed cum satis sit in professo, sacrosanctum Concilium in Spiritu sancto legitimè congregatum, sanctam Ecclesiam catholicam repræsentans, sit in causis fidem concernentibus supra Papam; evenit, quod nec Papa in causis hujusmodi, ne ab eo ad Concilium appelletur, statuere possit, tanquam id agens, quod ad officium suum non spectet ullo modò, Sitque Appellatio ipsa defensio quædam, quæ jure divino, naturali, et humano cuique competit, neque per Principem auferri possit.

Idcircò ego Frater Martinus Lutherus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Wittembergens. sacræ Theologiæ Magister indignus, ejusdemque ibidem Lector Ordinarius principalis, principaliter et pro me ipso, coram vobis Notario publico tanquam publica et authentica persona, ac testibus hic præsentibus animo et intentione provocandi et appellandi, Apostolosque petendi, et accipiendi, præmissa tamen expressa hac et solenni protestatione, Quod contra unam sanctam et Catholicam et Apostolicam Ecclesiam, quam totius orbis esse magistram, et obtinere principatum non ambigo, sanctæque Sedis Apostolicæ autoritatem, ac sanctissimi Domini nostri Papæ benè consulti potestatem, nihil dicere intendo, Si quid autem ex lubrico forsan linguæ, sed adversariorum potiùs irritamento, minùs rectè, et non ea, qua debeat, reverentia dictum fuerit, paratissimus sum illud emendare.

Sed quoniam is, qui vicem Dei in terris gerit, quem Papam dicimus, cum sit homo, similis nobis, ex hominibus assumptus, et ipse (ut Apostolus dicit) circundatus in-

firmitate, potens errare, peccare, mentiri, vanus fieri, nec sit exceptus ab illa Prophetæ generali sententia: Omnis homo mendax. Nec S. Petrus, primus et sanctissimus omnium Pontificum, ab hac infirmitate liber fuit, quin noxia simulatione contra veritatem Evangelii incederet, Ita, ut rigida quidem, sed sanctissima reprehensione Apostoli Pauli opus habuerit corrigi, ut ad Galatas scribitur. Quo nobilissimo exemplo per Spiritum sanctum in Ecclesia monstrato, et in literis sacratissimis relicto, fidelés Christi erudimur, et certi sumus. Quod si summus Pontifex eadem Petri, vel simili infirmitate lapsus, quid præceperit vel decreverit, quod contra divina militet mandata, non solùm obediendum ei non esse, verùm etiam cum Apostolo Paulo in faciem ei resisti posse, imò debere, ac velut per inferiora membra infirmitati capitis, pia totius corporis solicitudine succurri. Et in hujus exempli præsentem ac perpetuam memoriam, non sine singulari Dei consilio factum esse, non obscurè intelligitur, ut non solùm S. Petrus, sed etiam salutaris ejus reprehensor Paulus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ juxta et simul patrocinarentur, et præ essent, ne scilicet solùm literis, sed sensibili quoque monumento hujus summè necessarii ac saluberrimi exempli, assiduè moneremur, tàm ipsa capita, quàm nos membra. Quod si qua potentium vi armatus, tantùm prævaluerit, ut resisti ei non possit, unum certè illud prædictum Appellationis remedium reliquum est, quo oppressi releventur.

Ad quod et ego Frater Martinus Lutherus prædictus, modo et animo prædictis confugiens, dico et propono. Quod cum diebus superioribus Indulgentiæ à quibusdam Commissariis (ut asserebant) Apostolicis indiscretissimè prædicarentur, in regione nostra Saxoniæ, adeò ut ad exugendas populi pecunias inciperent, absurda, hæretica, blasphema quædam prædicare, in seductionem animarum fidelium, et summum ludibrium Ecclesiasticæ potestatis, præsertim de potestate

testate Papæ in Purgatorium, ut continet eorum libellus, qui summaria institutio vocatur, cum tamen certum sit ex Abusionibus, Papam non habere prorsum ullam potestatem in Purgatorium. Deinde una totius Ecclesiæ sententia, omniumque Doctorum consensu, Indulgentiæ sint nihil, nisi remissiones satisfactionis pœnitentialis à suo Judice impositæ, ut est clarus textus, *Quod autem.* Satisfactio autem pœnitentialis ab Ecclesiastico Judice imposita, aliud non sit, quàm opera jejunii, orationis, eleemosynæ, &c. Ideoque clavibus Ecclesiæ remitti non possit, quod eisdem non fuerit impositum. Item quod certum est ex distinct. XXXV. c. Qualis, quod in Purgatorio non solùm pœna, sed et culpa remittitur. Culpam autem Ecclesia remittere non potest, sicut nec gratiam conferre.

Istis autoritatibus nixus, cum disputandi more fuissem reluctatus impuris et insulsis illorum dogmatibus, cœperunt illi, lucri studio furentes, Primùm publicis declamationibus ad populum declarare me hæreticum temeritate impudentissima; deindé apud Sanctissimum Dominum nostrum Leonem X. per quendam Dominum Marium de Perusiis, Procuratorem Fiscalem accusare, tanquam hæresi suspectum. Et per eundem Dominum tandem impetrantes Commissionem citandi mei in personas Reverendissimorum Dominorum et Patrum, Hieron. de Genu. Episcop. Asculani, causarum Cameræ auditoris et Sylvestri Prieria. Palatii Magistri, per eosdem me citari curarunt ad urbem, aut personaliter comparendum.

Cumque ego nec Wittembergæ tutus ab insidiis, tantum iter perficere non possem, nec Romæ tuto consistere, et pauperculus et imbecillis corpore; deinde Judices præfati mihi multis causis fuissent suspecti, præsertim quod R. P. Sylvester adversarius mihi fuerit, et dialogum contra me jam ediderat, et in sacris literis minùs eruditus, quàm ista causa ferre

ferre possit, Dominus autem Hiero. in Jurib. quoque plus quàm Theologia doctus, merito timebatur Sylvestrinæ Theologiæ concessurus, et extra modùm suæ professionis hanc rem habere, solicitavi per Illustriss. Principem D. Fridericum Ducem Saxoniæ, sacri Rom. Imperii Archimareschallum, Landgravium Thuringiæ, Marchionem Misniæ, ut causa ad partes committeretur, non suspectis, sed honestis et bonis viris.

Tunc illi crassa quadam et insulsa astutia instructi, apud sanctissimum Dominum Leonem, &c. egerunt, ut causa in seipsos, hoc est in personam R. Domini Thomæ, S. Sixti Cardinalis, tunc in Germania Sedis Apostolicæ Legati, transferretur, ut qui de Ordine Prædicatorum et Thomisticæ factionis, i. e. adversariæ vel primari, facilè speraretur, contra meæ ipsis definitur, aut, ut verisimile est, certè ut hujus facie Judicis absterritus recusarem compaſère, et contumaciam incurrerem. Ego tamen veritate Dei fretus ad Augustam multo labore et magnis periculis veniens, humaniter quidem à præfato R. Domino Thoma S. Sixti Card. &c, susceptus sum. Qui cum posthabita protestatione mea et obligatione, qua vel publicè vel privatim me responsurum obtuli, coram Notario et testibus denique præsentibus quatuor insignibus viris, Cæsareæ Majestatis Senatoribus, simulque subjicerem me meaque dicta sanctæ Sedi Apostolicæ, et judicio quatuor Illustrium Universitatum, Basiliensi, Friburgensi, Lovaniensi, tandem et studiorum Parenti, nobilissimæ Parisiensi, me simpliciter ad revocationem urgeret, nec vellet ostendere mihi errores meos, et quibus rationibus, vel autoritatibus error à me intelligi posset, nimio scilicet suæ factionis fratribus affectus, et iniquitatis faciem assumens, tandem nisi revocarem, abjectis precibus et votis discindi, et informationis petitionibus, minas diras ac crudelissimas vigore cujusdam Apostolici Brevis intentavit, ac ne redirem in faciem suam, imperavit.

Quibus

Quibus gravaminibus læsus, tunc ab ejus iniqua et violenta præsumptione et prætensa sibi Commissione, appellavi ad Sanctissimum Dominum nostrum Leonem X. melius informandum, prout in schedula hujusmodi Appellationis plenius continetur. Nunc verò etiam ista Appellatione (ut dixi) contempta, cum usque hodiè cupiam, non nisi ut ostendantur mihi errores mei, quicunque tandem id possit præstare, de quo denuò legitimè protestor, paratissimusque sum revocare, si quid malè dixisse fuero edoctus. Deinde totam disputationem meam subjecerim Summo Pontifici, ita ut nec ego amplius aliquid in ipsa facere habeam, quàm expectare sententiam, quam et usque hodiè expecto.

Nihilominus tamen, ut audio, et idem Reverendissimus Dominus Thomas S. Sixti Cardinalis, scribit ad Illustrissimum Principem D. Fridericum, &c. in Romana Curia procedi contra me, et autoritate ejusdem sanctissimi Domini nostri, &c. Judices prætensos causam prosequi in damnationem meam, non attendentes meam fidelem et superabundantem obedientiam, qua tanta difficultate comparui Augustæ, nec curantes oblationem meam honestissimam, qua me ad responsionem publicam et privatam obtuli, denique contemnentes erga Christi petentem humiliter doceri veritatem, et reduci [illegible] errore; sed simpliciter nec audita, nec reddita ratione, mera autem tyrannide et plenitudine potestatis urgere ad Revocationem sententiæ, quam ex conscientia verissimam judico, et ad abnegandam fidem Christi et veram apertissimæ Scripturæ intelligentiam (quantum mea càpit conscientia) seducere volentes, cum potestas Papæ non contra nec supra, sed pro et infra Scripturæ et veritatis majestatem sit, nec potestatem Papa acceperit oves perdendi, in Luporum fauces projiciendi, et in errores errorumque Magistros tradendi, sed ad veritatem (sicut Pastorem et Episcopum, Vicarium Christi decet) revocandi. Ex quibus me læsum, gravatumque sentiens, cum tali violentia videam futurum

esse,

esse, ut nullus etiam ipsum Christum audeat confiteri, nec Scripturas sacras in Ecclesia sua propria profiteri, atque ita me quoque à vera, sana, Christianaque fide et intelligentia, in vanas et mendaces hominum opiniones violenter protrudi, et in seductorias populi Christiani fabulas urgeri.

Id circò à præfato Sanctissimo Domino nostro Leone non rectè consulto, supraque dictis prætensis Commissione et Judicibus, et eorum citatione ac processu, et omnibus inde secutis et secuturis, et quolibet ipsorum, ac à quibusvis excommunicatione, suspensione et interdicti sententiis, censuris, pœnis et mulctis, atque aliis quibuscunque denunciationibus et declarationibus (ut prætendunt) hæresis et apostasiæ per eos vel alterum eorum quomodolibet attentatis, factis et molitis, attentandis, faciendis et moliendis, ipsarumque nullitate (suis honore et reverentia semper salvis) tanquam iniquis et injustis merè tyrannicis et violentis, Nec non à quolibet futuro gravamine, quod mihi ex eo venire poterit, tàm pro me, quàm pro omnibus et singulis mihi adhærentibus, et adhærere volentibus, ad futurum Concilium legitimè, ac in loco tuto, ad quem ego, vel Procurator per me deputandus, liberè adire potero vel poterit, Et ad illum, vel ad illos, ad quem, seu quos de jure, privilegio, consuetudine, vel alias mihi provocare et appellare licet, provoco et appello in iis Scriptis, Apostolosque primò, secundò, tertiò, instanter, instantius, et instantissime mihi dari peto. Si quis sit, qui mihi dare hos voluerit et potuerit, et præsertim à vobis Domino Notario, testimoniales, Et protestor de prosequendo hanc meam Appellationem per viam nullitatis, abusus, iniquitatis vel injusticiæ, et aliàs, prout melius potero, optione mihi reservata, addendi, minuendi, corrigendi, et in melius reformandi, omnique alio juris beneficio, mihi, ac mihi adhærentibus et adhærere volentibus semper salvo.

Qua quidem schedula coram me et testibus infra scriptis,

ut præmittitur, interposita protestatus fuit, et protestabatur expressè se, per se vel Procuratorem, non posse ad eum accedere, à quo extitit appellatum, tum propter metum plurimorum, sibi, et vitæ suæ insidiantium, ac ejus, à quo appellavit, tum propter viarum discrimina. Ideoque petiit sibi a me, Notario Publico, cum debita instantia Apostolos tales, quales sibi de jure deberentur dari atque concedi. Cui quidem petenti dedi Apostolos tales, quales sibi debentur, vel saltem testimoniales præsenti Instrumento publico ex tunc exarandos. Super quibus omnibus et singulis petiit à me Notario infrà scripto unum vel plura confici atque fieri publicum vel publica Instrumentum vel Instrumenta.

Acta sunt hæc Wittembergæ, Brandenburgensis Diocœsis, sub anno, inditione, die, mense, et Pontificatu, quibus supra. Regnante Divo Maximiliano Romanorum Imperatore, hora tertiarum, vel quasi, in Capella corporis Christi, in Parochiali ibidem cemiterio situata. Præsentibus ibidem Christophoro Beehr, sacris Apostolica et imperiali autoritate vicecomite Constantien. Et Hieronymo Papiss. Curiensis Diocœsis Clerico, testibus ad præmissa vocatis rogatisque pariter et requisitis.

---

## No. CLXI.

(*Vol.* iii. *p.* 272.)

*Bembi Ep. Fam. lib.* ii. *in op. vol.* iii. *p.* 11.

AL CARD. DI S. MARIA IN PORTICO. IN RUBERA.

INTENDENDO V. S. havere un poco di raffreddamento et febbre in Rubera: ilche all' animo mio ha dato riscaldamento et dispiacere assai. Priegola ad attendere à rihavere la intera sanità sua, che io non posso essere sano altramente.

Non

Non voglio dire, che vi guardiate da disordini; che so bene quanto siete continente et ordinato in tutte le cose, dal curar le facende publiche et lo scrivere in fuori, et suole questo avenirvi molto spesso. La vostra Emigrania ne fa fede. Dunque sarete contento travagliar meno che si può, almeno fino attanto, che habbiate scacciata da voi la freddura, et la febbre; la quale non credo però sia altro, che freddura. La S. Duchessa d' Urbino, laquale visitai hieri, come che io però faccia questo officio assai di rado, à voi si raccomanda, et Madonna Emilia altresì. Le loro Signorie sono cortiggiate dal S. Unico molto spesso: et esso è piu caldo nell' ardore antico suo, che dice essere ardore di tre lustri e mezzo, che giamai: et più, che mai spera hora di venire a prò de' suoi disii, massimamente essendo statò richiesto dalla Signora Duchessa di dire improviso, nel quale si fida muovere quel cuor di pietra intanto, che la farà piagnere, non che altra. Dirà fra due ò tre dì; detto, che egli habbia, ve ne darò aviso. Ben vorei che ci poteste essere, che son certo dirà eccellentemente. Raphaello, il quale riverentemente vi si raccomanda, ha ritratto il nostro Thebaldeo tanto naturale, ch' egli non è tanto simile à se stesso, quanto gli è quella pittura. Et io per me non vidi mai sembianza veruna più propria. Quello, che ne dica e se ne tenga M. Antonio, V. S. può stimare da se; et nel vero ha grandissima ragione. Il ritratto di M. Baldassar Castiglione, ò quello della buona et da me sempre honorata memoria del S. Duca nostro, à cui doni DIO beatitudine, parrebbono di mano d'uno de' Garzoni di Raphaello, in quanto appartiene al rassomigliarsi à comparatione di questo del Thebaldeo. Io gli ho una grande invidia, che penso di farmi ritrarre anco io un giorno. Hora hora havendo io scritto fin quì, m'è sopra giunto Raphaello, credo io, come indovino, che io di lui scrivessi, et dicemi che io aggiunga questo poco; cioè, che gli mandiate le altre historie, che s'hanno à dipingere nella vostra stufetta, cioe la scrittura delle historie, perciochè quelle, che gli mandaste saranno fornite di

dipingere

dipingere questa settimana. Per DIO non è burla, che hora ora mi sopragiugne medesimamente M. Baldassar, il quale dice ch'io vi scriva, che esso s'è risoluto di stare questa state à Roma, per non guastare la sua buona usanza, massimamente volendo così M. Antonio Thebaldeo. A. V. S. bascio riverentemente la mano et nella sua buona gratia mi raccomando. A. 19. d'Aprile. MDXVI. Di Roma.

---

## N°. CLXII.

(*Vol.* iii. *p.* 290.)

*Tiraboschi*, *Storia della Letter. Ital. vol.* vii. *par.* iii. *p.* 101.

ILLUSTRISSIMO DOMINO FRATRI OSSERVANDISSIMO, DOM. HIPPOLITO, *S. Luciæ in Silice Diac. Card. Esten. et Rever. et Illustriss. Monsignore mio*, *Comen.* Et per la lettera de la S. V. Reverendissima, et a bocha da M. Ludovico Ariosto, ho inteso quanta letitia ha conceputa del felice parto mio: Il che mi è stato summamente grato, cussì la ringrazio de la visitazione; et particolarmente di havermi mandato il dicto Monsignore Ludovico; per che ultra ch'el mi sia stato accetto, representando la persona de la S. V. Reverendissima, lui anche per conto suo mi ha addutta gran satisfazione, havendomi cum la narratione de l' opera ch'el compone facto passar questi due giorni, non solum senza fastidio, ma cum piacer grandissimo; ch' in questa, come in tutte le altre actione sue, ha havuto bon judicio ad eleggere la persona in lo caso mio. De gli rasonamenti, che ultra la visitacione havemo facti insieme, Monsignore Ludovico renderà cunto alla S. V. Reverendissima; alla quale mi raccomando. Mantuæ, tertio Februarii, M.D.VII. Prego la S. V. che per mio amore provedi al Gabriele, che ha tuolto per moglie la servitrice de

la

la Fe. Me. de Ma. de quello officio che la gli ha promesso. Reverendissima V. S.

*Obseq. Soror, Isabella Marchionissa Mantuæ.*

---

## N°. CLXIII.

(*Vol.* iii. *p.* 340.)

AL SANTISSIMO NOSTRO SIGNORE PAPA LEONE DECIMO, GIOVAN GIORGIO TRISSINO.

AVENDO io già molti giorni, Beatissimo Padre, composto una Tragedia, il cui titolo è Sofonisba, sono stato meco medesimo lungamente in dubbio, s' io la dovessi mandare a Vostra Beatitudine, o no; Perciò, che da l' un de' lati considerando l' alteza di quella, la quale è tanto soprà gli altri uomini, quanto che il grado, che tiene, è sopra ogni altra dignità, e rimembrando ancora la grandissima cognizione, che ha, così de la lingua Greca, come de la Latina, e di tutte quelle scienzie, che in esse scritte si trovano, et appresso vedendo quanta occupazione continuamente le reca il governo universale di tutti i Cristiani, io stimava non essere convenevol cosa il mandare a sì alto luogo, et a sì dotte, et occupate orecchie questa mia operetta in lingua Italiana composta. Ma poi da l' altro lato pensando che sicome vostra Beatitudine avanza ogni mortale di grandeza, così da nessuno è di mansuetudine superata, e che per quantunque gravi, e necessarie occupazioni, mai non si lasciò talmente impedire, che non scegliesse tanto spazio di tempo, che potesse leggere alcuna cosa; e sapendo eziandio che la Tragedia, secondo Aristotele, è preposta a tutti gli altri poemi, per imitare con suave sermone una virtuosa, e perfetta azione, la quale abbia grandeza; e come Polignoto antico pittore ne l' opere sue imitando faceva i corpi, di quello che erano migliori,

migliori, e Pauson peggiori, cosi la Tragedia imitando ſa i costumi migliori, e la Comedia peggiori, e perciò essa Comedia muove riso, cosa, che partecipa di brutteza, essendo ciò, che è ridiculo, difettoso, e brutto; Ma la Tragedia muove compassîone, e tema, con le quali, e con altri amaestramenti arreca diletto a gli ascoltatori, et utilitate al vivere umano; le quali cose tutte (com' io dico) da l' altro lato pensando, mi davano tanta confidenzia, et ardire a mandarla, quanto quell' altre m' inducevano a ritenerla. Così adunque tra sì fatti dubbii dimorando, avvenne, che queste ultime ragioni ajutate da i suavissimi costumi di Vostra Beatitudine, e da la inefabile bontà di Quella, rimasero vincitrici; La onde mi diedero tal ardire, ch' io feci deliberazione di offerirle e dedicarle, la predetta mia fatica. A la quale non credo già, che si possa giustamente attribuire a vizio, l' essere scritta in lingua Italiana, et il non avere ancora secondo l' uso comune accordate le rime, ma lasciatale libere in molti luoghi. Perciò che la cagione, la quale m' ha indotto a farla in questa lingua, si è; che avendo la Tragedia sei parti necessarie, cioè la Favola, i Costumi, le Parole, il Discorso, la Rappresentazione, et il Canto; manifesta cosa è, che avendosi a rappresentare in Italia, non potrebbe essere intesa da tutto il Popolo, s' ella ſosse in altra ſingua, che Italiana, composta; et appresso i Costumi, le Sentenzie, et il Discorso non arrecherebbono universale utilitate, e diletto se non ſossero intese dagli ascoltanti. Si che per non le torre la Rappresentazione, la quale (come disse Aristotele) è la più dilettevole parte de la Tragedia, e per altre cagioni, che sarebbono lunghe a narrare, elessi di scriverla in questo Idioma. Quanto poi al non aver per tutto accordate le rime non dirò altra ragione; perciò, ch' io mi persuado, che se a Vostra Beatitudine non spiacerà di voler alquanto le orecchie a tal numero accommodare, che lo troverà, e migliore, e più

più nobile, e forse men facile ad asseguire di quello, che per avventura è riputato; E lo vederà non solamente ne le narazioni, et orazioni utilissimo, ma nel muover compassione necessario; Perciò che quel sermone, il quale suol muover questa, nasce dal dolore, et il dolore manda fuori non pensate parole, onde la rima, che pensamento dimostra, è veramente a la compassione contraria. Adunque, Beatissimo Padre, essendo (come dice Plutarco) non minor laude ad un gran Signore l' accettare lietamente le cose picciole, di quello, che si sia il donare agevolmente le grandi; ardirò di pregare Vostra Beatitudine, che si degni di prendere questo mio picciol dono; il quale da sincerità di mente, da fermissima fede, e da ardentissimo amore accompagnato le porgo. Et in questo già non ardisco di dire, che Quella debbia imitare Xerse Re de i Re; al quale un povero villanello, che passare lo vide, non avendo altro, che donare, corse ad un fiume vicino, e raccolse de l' acqua con ambe due le palme, e donogliela; la quale Xerse molto allegramente accettò; e fecegli dimostrazione, che tal dono gli fosse stato gratissimo; Ma ben la esorto a fare, come fa il Re de l' Universo, di cui è Vicario in terra, il Quale risguarda sempre a l' amore, a la sincerità, et a la fede de donatore, e non a la qualità del dono.

---

## No. CLXIV.

(*Vol.* iii. *p.*343.)

*Trissino, Italia liberata da' Gotthi. lib* xvi.

ANCHOR vi voljω dir, quel che mi disse
Un amicω di diω, ch ira prωfeta,

Di

Di alcuni Papi, che verranno al mondo
E queste fur le sue parole espesse
  La sede in cui sedete, il maggior Pietro,
Usurpata sarà da tai pastori
Che fian vergogna eterna al christanesmo
Ch' avarizia, luxuria, e Tyrannia
Faran ne' petti lor l'ultima pruova,
Et haran tutti e lor pensieri intenti
Ad aggrandire i suoi bastardi, e darli
Ducadi, e signorie, terre, e paesi,
E concedere anchor senza vergogna
Prelature e capelli a i lor cynedi,
E a i propinqui de la lor bagascie;
E vender vescovadi, e benefici,
Offici, e privilegi, e dignitadi,
E sollevar li infami, e per denari
Rompere, e dispensar tutte le leggi
Divine, e buone, e non servar mai fede
E tra veneni e tradimenti, et altre
Male arti lor menar tutta la vita;
E seminar tra i principi Christiani
Tanti scandoli e risse, e tante guerre
Che faran grandi i Saraceni e i Turchi,
E tutti li avversari de la fede;
Ma la lor vita scelereta e lorda
Fia conosciuta al fin dal mondo errante,
Onde corregera tutto 'l governo
De i mal guidati populi di Christo.

# No. CLXV.

(*Vol.* iii. *p.* 374.)

*Mangeti, Bibliotheca Chemica Curiosa. tom.* ii. *p.* 371.

JOANNIS AURELI AUGURELLI CHRYSOPOESIA. AD LEONEM X.

AURIFERAM parvis animi pro viribus artem,
Quæsitam nobis, et longo tempore partam,
Ut rerum involucris tantarum evolvere moles
Se potuit, claro perhibentes carmine nuper
Lusimus, et Musis hanc commendavimus almis,
Quod nulli ex omni numero fecere priores.
Cumque operi autorem cujus sub nomine tutum
Pergeret optarem, foret et res præside digna
Ipsa ex se magno, variâque hinc mente tenerer
Cui merito cuncta hæc, et non ingrata dicarem;
Interea nobis tute velut æthere ab alto
Missus ades mundi festis succurrere rebus,
Qui belli scelerumque faces, incendia tanta
Extinguas, placidamque piis sperare quietem
Des populis, solidamque per aurea secula pacem.
Cuive etiam, si parva licet componere magnis,
Ad sanctos hæc nostra pedes ars aurea tendat:
Ut quo te fidei sacræ nunc cœtus honore
Prosequitur cunctus hoc te veneretur, et omni
Ipsa tuum pro me cultu sic numen adoret.
Hanc igitur, si non immensa negotia prorsus
Impediunt, permitte precor se prodere tantum
Quo tibi, detracto veluti velamine virgo
Nobilis ingenio vultum perfusa rubore,
Occultum incipiat semel ostentare decorem.
Hæc etenim prima quanquam se fronte legenti

Non

Non adeò ostendat, paulum tamen ipsa reclusis
Detecta arcanis mira et gratissima pandit.
Quam si forte legens interdum nomina divûm
Offendes quos vana olim coluisse vetustas
Dicitur, extemplò haud renuas, sacra optima quanquam
Exerces, veramque fidem, cultumque tuêris.
Illa etenim tanquam priscis consueta vocari
Vatibus enixè quos tunc imitabar adivi
Supplex, et paribus curis in vota vocavi.
Materies etiam solitum conquirere Solis
Et Lunæ auxilium, nec non Vulcania velle
Arma videbatur quorum implorare favorem
Fas erat: et mihi jam per te licuisse sit id nunc
Concessum, et venia dignum peccasse fatenti.
Mox tamen hinc aliud quæsitum ad carmina numen,
Et precibus solum cunctis quandoque vocatum,
Fortè aderit, præsens fuerit si gratia cœlo
Tanta mihi; magnum multo seu carmine Mosen,
Seu quem flagranti vectum super æthera curru
Mirati videre patres, oculisque sequuti
Aera per purum cœli discindier oras,
Astrorumque globos intro aspexere micantes:
Seu qui voce palam porrectoque indice prodit
Venisse auxilio jam tum mortalibus agnum
Ipse canam, vatem quamprimum matris in alvo
Exultantem, et adhuc puerum ad deserta ferentem
Antra pedes, puri mox et Jordanis ad undam
Dignatum caput illius contingere limpha
Qui proprio antiquam nobis sic sanguine labem
Abluit, ut scelerum maculas absterserit omnes.
Nomine cujus item tibi quondam et moribus aucto
Defuit haud unquam favor ac cælestis abundè
Gratia, qua tantum meritis conscendere culmen
Posses, et justas mundi regere unus habenas:
Magnanimos æquans propria virtute Leones,

 Pontificum

Pontificum decus egregium jam sæpe repertos
Esse, nec Italiæ sub iniquo tempore, et usquam
Christicolis ullo prorsum in discrimine deesse.
Hæc sed erunt mihi cùm dicendi facta potestas
Jam fuerit, dabiturque loqui quæ jusseris ipse
Sancte Pater, cujus nobis stant omnia nutu.
  Interea certis hominum vis ulla-ne possit
Indiciis aurum facere, et mutare metalla
Percipias primum: dehinç quæ secreta laboret
Ars id perficere, et naturam æquare potenti
Ingenio inspicias, demum quis rite sequatur
Hinc modus assiduis doctisque laboribus artem
Pervideas, et quò tandem experientia ducat.
Omnia quæ gnaro passim tibi certa patebunt,
Si quo hac inter se nexu, quóve ordine constant
Ipse acie qua cuncta soles discernere mentis
Inspectans, parvum non dedignabere munus,
Quod tibi non parva offerri super arte laboro.

## No. CLXVI.

(*Vol.* iii. *p.* 381.)

DILECTO FILIO ACTIO SYNCERO SANNAZARIO, LEO PAPA X.

DILECTE fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Quum forte de claris ingeniis ætatis nostræ apud nos verba fierent, affuere qui quum te, tum opus tuum De Partu Virginis divinis prope laudibus cum admiratione attollerent, atque prædicarent. Quæ res exspectata quidem diu nobis (nihil enim non excultum, non elaboratum, non singulari tuo ingenio dignum proficisci a te posse arbitramur) verum eo nunc carior et jucundior visa est, tum quod quæ futura exspectabamus,

spectabamus, accepimus jam facta esse, et quæ superent, omnem exspectationem, tum quod etsi nullo non tempore fuissent acceptissima, hæc præcipue tempestate erunt longe gratiora. Qua ut quidam, quo doctiores videantur, Ecclesiam stilo iniquo petunt, qui exactissima eruditione commendent, non desiderentur. Dici non potest, quum hæc audiremus, quantum voluptatis acceperimus, et quum ipsi legemus, accepturi simus; quod persuasi simus, divina factum providentia, ut divina sponsa tot impiis oppugnatoribus, laceratoribusque lacessita, talem, tantumque nacta sit propugnatorem; et quum illi impia facundia abusi frangant in rem sacram genuinum, tu unus opus edideris quo rem sacram omnibus (ut dici solet) nervis attollendam, excolendamque procuraveris sancto consilio, eventu feliciore, quum dictitent qui legere, si rem quæramus, nihil nisi Christum atque ejus sponsam sonare: si pietatem, undique religionis enitere studium; si judicium, nihil ungue signandum relinquere; si figuras artisque conatus, veterum vatum nulli cedere, multos anteire. Gratulamur itaque tibi, quod tantum unus præstes, quantum antea nemo; Ecclesiæ, quod quum vexetur lacineturque ab aliis, a te uno in cælum efferatur; nostro sæculo, quod fiet tui carminis luce celeberrimum, nobis denique ipsis quibus imminente hinc Goliade armato, hinc Saule a furiis agitato, affuerit pius David illum funda a temeritate, hunc lyra a furore compescens. Hortamur itaque te, jam opus edas, ut qui dolent, quum illa legunt quæ adversus pietatem venena ficti Christiani evomuère, ad tua conferant sese, quæ veluti præsens antidotum sint oppositúri. Tu ita tibi persuadeas volumus, nos te et tua omnia perinde ac nostra complexuros esse, nec nos, nec hanc Sanctam Sedem umquam tui vel affectus vel operæ immemores futuros. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die VI. Augusti. M.D.XXI. Pontificatus nostri anno nono.

Bembus.

*Per Favonium de mandato.*

# No. CLXVII.

(*Vol.* iii. *p.* 383.)

DILECTO FILIO ACTIO SYNCERO SANNAZARIO, CLEMENS PAPA VII.

DILECTE fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Accepimus librum gratissimo munere, quem tu ad nos de DEI, et DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI rebus scriptum misisti, cujus argumentum præclarum, atque nobile quum in te parem ostendat animi pietatem, atque ingenii gloriam, sitque in eo nomen quoque nostrum ad memoriam eorum qui lecturi sunt, qui quidem innumerabiles futuri sunt in longa posteritate, immortalitati quasi commendatum, muneris tui magnitudinem hoc magis sentimus, quod quomodo parem referamus gratiam, habere nos non arbitramur. Si enim immortalitas optata, et grata est omnibus, qui præsertim animo vegetiore atque erectiore sint, permagnæ sunt illius partes nobis a te tributæ. Quamquam enim ea est appetenda maxime, illique elaborandum præcipue, quæ post discessum ex hac vita, in illa altera vita felici et sempiterna nos cum DEO ipso collocat, tamen ne hæc quidem non libenter adsciscenda, quæ producit ad posteros nostri nominis perpetuitatem, pro qua, qui illam cælestem et divinam immortalitatem non plane cognoverunt, maximis sæpe tamen contentionibus, et acerbissimis discriminibus vitam, et caput suum objecere, quod profecto non fecissent, nisi a natura ipsa admoniti, summum quoddam bonum exsistere conjectati fuissent, cujus in imagine et simulacro tam multas partes experirentur esse delectationis, et gloriæ. Est enim profecto hæc famæ et laudis ad commemorationem hominum celebritas, imago illius veræ immortalitatis quæ eximio dono Omnipotentis DEI, uni Christiano generi, per

DOMINUM

DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM proposita est; ad quam potissimum aspirare debemus, hanc vero ita caram, jucundamque ducere, si proborum et prudentium testimonium nobis deferatur, quod quidem in te nobis egregie contigit. Non enim ingenio solum tuo honorati, illustratique sumus sed (quod nobis etiam gtatius est) judicio comprobati; et si enim ingenii gloria concedis nemini, vel omnibus potius præstas qui in hoc scribendi genere cum laude versati sunt, tamen quum ipso scriptionis argumento ostendas, qua sis pietate, sapientia, religione præditus, jucundius etiam accepimus testimonium optimi, et religiosissimi viri, quam studium doctissimi. Quapropter macte virtute tu quidem; id enim es consecutus, quo nullum majus homini bonum in hac vita exsistere posse videatur, maximorum enim donorum quibus te affecerat DEUS, gratia illi (quoad mortali homini licuit) relata, illud jam summum, et incomparabile veræ immortalitatis donum es promeritus, cui deinde jam gratia nulla esse par potest, qui talentum acceptum multiplicatis mercedibus, eidem domino reddidisti a quo acceperas. Ex quo quum fructum quoque non mediocrem tui libri dicatione, ad nominis nostri laudem, ac memoriam redundare volueris, tantam tibi habemus gratiam, quantam capere grati, et memoris Pontificis tanto devincta officio mens potest, sicut et re ipsa tibi ostendere parati sumus, et ut experiare etiam adhortamur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die V. Augusti. M.D.XXVI. Pontificatus nostri anno tertio.

JAC. SADOLETUS.

## No. CLXVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 458.)

*Guidi Postumi Silvestri Eleg. lib.* 1. *p.* 7. *Ed. Bonon.* 1524.

PRO ÆDIBUS PATERNIS A SE INSTAURATIS OPE LEONIS X. PONT. OPT. MAX.

QUAM cariosa ætas, quamque hosticus hauserat ignis,
Exuit en senium Posthumiana Domus.
Scit tamen hanc longo perituram Posthumus ævo,
Ergo aliud longe firmius egit opus.
Quod (cum hæc victa situ domus et lapis iste jacebunt)
Vivet, eritque altæ posteritatis honos.
Pro cytharæ meritis tribuit Leo Maximus aurum,
Jussit et hinc vatis tecta nitere sui.
Quippe Amphionii non ficta est fabula muri,
Si domus hæc blandæ structa canore lyræ est.

## No. CLXIX.

(*Vol.* iii. *p.* 459.)

*Guidi Postumi Silvestri, Eleg. lib.* ii. *p.* 91.

AD PETRUM PACTIUM.

ABSENTEM dum te Florentia, Maxime Pacti,
Implicitum et curis te tua terra tenet;
Ille tuæ pacisque hominum Leo Maximus auctor,
Æternum ille et honos, sanguis, amorque tuus,
Sollicitus Dominæ liquit fastidia Romæ,
Atque dicata bonæ cessit in arva Pali.

Hic

Hic ubi majorum molem extruit arte, novatque,
Nec sinit ex toto sæcula prisca mori.
Arcet arenosos magno molimine fluctus,
Ipsæ ubi mox multo pisce natentur aquæ.
Huc quoque longinquo descendere monte jubetur,
Cogitur et faciles currere lympha vias.
Atria pulsa freto, spaciosam extruit arcem;
Qua procul Hetruscæ stet populator aquæ.
Quin et equis stabula alta solo jaciuntur, et ipsis
Militibus struitur magna capaxque domus.
Ne tamen illum ipsos penitus sic condere soles,
Neve putes sola hac decipere arte diem;
Ipse suas crebris mensas venatibus auget,
Cœnaque de proprio parta labore venit.
Accipe quot nuper nemorosa in valle, vel una
·Luce perhorrentes straverit ille feras.
Est nemus et piceis frondosaque abiete densum
Ipsam ubi fama refert sæpe habitare Palem;
Quo neque secretis jucundior ulla Napæis,
Oraque semicapro gratior ulla Deo est.
Cujus in extremo tot frondea tecta recessu
Aspicias, magnæ quot lucus urbis habet.
Fingit in hunc silvas morem natura, nec ulla
Diva laboratas extruit arte domos.
Hic nulla violata virent myrteta securi,
Multaque odoratam laurus obumbrat humum;
Dianam hic referunt visam, ac sæpe alta petentem
Æquora, Tyrhenum hic nam prope littus adest.
Hæc domus atque feris statio gratissima capris,
Hic locus agrestes quo stabulentur apri.
Huc Leo venantes decrevit in aspera cogi
Prælia, et armigera bella ciere manu.
Primus et ante omnes ipse albo insignis amictu
Carpsit iter, vastum sepe obiitque nemus.

Proximus

Proximus et magno fratri comes ibat Julus,
Quamlibet illi atra in sorte fidele caput.
Cernere erat magna excitos Mavortis ab urbe
Sæva galeritos sumere tela patres.
E quibus invictæ referens cognomina gentis
Cæsar Calaici terga premebat equi;
Ille quidem multa cor Pallade præditus, idem et
Clarus Iuleæ nobilitate domus.
Hinc Germana phalanx campis se læta ferebat.
Illinc Romanæ robora gentis eques.
Pars agitare feras cornu properabat adunco,
Pars armillatos voce ciere canes.
Hos inter quoque Septimius Rangona propago,
Frena recusanti fervidus ibat equo;
Septimius, Leo cui magnus posita oppida lætis
In tumulis, dono nuper habere dedit.
Hunc adeo validis venabula torta lacertis,
Nec minus egregius fervor in arma decet;
Ut non ullus aper silvis stabuletur in altis,
Qui non illius optet ab ense mori.
Talem olim Hippolytum ripas prope Thermodoontis,
Strymonias memorant sollicitasse feras;
Aut cum Chironis sese referebat ad antrum
Pelidem innumeras perdomuisse Leas.
Inde puellarum pulcherrima cura Galesus,
Dextra idem promptus forma atavisque potens,
Charum dilectæ pignus gestabat amicæ,
Veste tegens niveum versicolore latus.
Optabat decus usque aliquod meruisse, suæque
Parvum hinulum dominæ ferre, caputve suis;
Quæ fera ab his animam ediderit transfixa lacertis,
Sacraque et in libris nota erit usque meis.
Hunc unum comes insequitur Chorineus euntem,
Saucius et cura pallidus ora gravi;

Unus

Unus qui teneri spectatum facta Galesi
  Junxerat arma, canes miscueratque suos.
Ille quidem ducens alieno in pectore vitam,
  Sanandum nulla vulnus alebat ope.
Ibat acerba fremens magnumque hastile gerebat
  Fregusus, Lygurum nobilitatis honos.
Cui comes Insubrumque decus splendorque Ricardus
  Quassabat validam pristina tela sudem.
Mellinus, Laurensque Cibo, hinc socia agmina jungunt,
  Conjugii hic fœlix prosperitate novi;
Pullato prævectus equo mœstissimus alter,
  Fratris et indigni funeris usque memor;
Quem vorticoso modo raptum in gurgite Apollo
  Vidit, et occiduis flevit ab usque fretis.
His gladium clavamque ferentibus usque trinodem
  Moris erat prædas lustra per alta sequi.
Quin Lusitano orator quoque missus ab orbe
  Sylvius Hispani terga onerarat equi.
Ibat suspenso similis, quem magna putares
  Concipere, ac Regi mox referenda suo;
Aut si quod musis gratum acceptumque canebat
  Corrigere, æternæ posteritatis opus.
Is comitem Gibertum altis de rebus agentem
  Junxerat, et Phœbi Castiliona decus;
Armatam ferro cornum de more gerebat,
  Missile telum illi fulminis instar erat.
Unicus hunc celebrem cœtum Aretinus obibat,
  Quo monitore omnis læta juventa fuit:
Ille hominum captus super et super æthera vectus
  Ingenio, astrum aliquod, non hominem ore sonat;
Quacumque incedit divinum inspirat odorem;
  Ne moriturum hominem credite, numen habet;
Ille canes, et equos Euri, atque aquilonis alumnos,
  Ille habet et famulos Marte et Amore satos.

Intexta

Intexta ille modis miris se in veste ferebat,
  Et cujus nondum cognitus usus erat;
Ferre uni Arcitenens dederat sua tela Cupido,
  Et pharetram ipsam humeri pondus habere sui.
Pars quota et ipse aderam, quin cuspide lætus Ibera
  Certus eram rabidos comminus ire sues.
At clarus Serapica jugis, domitorque ferarum
  Guidus, et inde ipsas explicuere plagas.
Magnus utrumque Leo teneris sibi legit ab annis
  Præsidium, et thalami spemque fidemque sui.
Quisque sui cupidus vestigatorque pericli
  Pressa diu quærit signa inimica pedum.
Pluribus in morem curto coma pressa galero,
  Pars bona cœlata casside aperta caput.
Huic intertexti per collum it flexilis auri
  Circulus, et multis balthea cæsa notis.
Cursitat hic auro fulgens ostroque decorus,
  Nec potis est longæ tædia ferre moræ.
At peditum legio sibi quisque ingentia nodis
  Robora pro scutis tegminibusque legit.
Procumbunt taciti, atque hastilia longa reclinant
  Nam minus auritis voce cavetur apris.
Insonuere tubæ, et picea Marianus ab alta
  Elato capitis tegmine signa dedit;
Tegmine, quod nuper rabido æschilus ore momordit,
  Dimidiumque avidæ mersit in antra gulæ.
Protinus admovete canes, stabula ista subite.
  Irruite, huc omnes hoc terebrate nemus.
Latrantumque hominumque genus ceu nimbus in unum
  Mox coiere, altisque obstrepuere soni.
Exi aper huc, campo te te mihi detege aperto,
  Exere aper frendens hac mihi ab arce caput.
Heu, ohe, seu silva capreæ latitatis in ista,
  Sive lupi in nostras huc fugitate manus.

Vidi

Vidi ego, vos vidi, vestris prodite latebris,
  Huc Dromas, euge sagax, huc bone Theron ades.
Prima ego, quis credat, belli discrimina sensi,
  In me unum ut promptum est vel genus omne mali!
Prima pericla adii, nam post fruticosa latebam
  Vimina, et hirsutis tesqua adoperta rubis.
Constiteramque loco qua se fera plurima agebat,
  Et qui non ullo robore septus erat.
Clamabat pius usque Leo, ut loca fortia adirem,
  Usque adeo cordi vatem habet ille suum;
Verum ego seu virtus, seu me mea sidera agebant,
  Non illa potui voce referre pedem.
Ecce canum extemplo magnis latratibus actus
  Pene mihi fregit crus violentus aper.
Prostratum herboso proceres risere fruteto;
  At non Septimius talia visa tulit;
Nam memor altoris, nostræ et pietatis alumnus
  Frendentem certa cuspide fixit aprum.
Utque puer facto fœlix lætissimus esset,
  Principis ante oculos concidit ille sui.
Fœlix interitu ac tali fera vulnere fœlix,
  Quæ per tam pulchras corruit icta manus.
Septimium Pacti sic nobilis ira coegit,
  Altorem ulcisci justa per arma suum.
Ac si pro capite hoc fuerit, quo parva redempto
  Gloria, in agrestes vel puer ivit apros,
Quem fore pro sceptro speresque animaque Leonis,
  Acceptum ille refert cui decus omne suum?
Interea incertum exoritur per devia murmur,
  Quale sonat dubii cum strepit aura noti;
Admoniti ergo omnes hærent, cursumque retorquent,
  Innumeri strepitu qua coiere novo.
Clamabat celsa speculator ab ilice Calvus,
  State viri, innumeras silva habet ista feras.

Dixerat,

Dixerat, ac volucres dicto ocius æquora cervi
Percurrere, iterum huc pergite Calvus ait.
Cervus adest, properate citi, capite arma, propinquat,
Huc properate, huc huc pergite, cervus adest.
Obvius hunc jaculo pariter canibusque Galesus
Stravit, cornigerumque abstulit ense caput.
Moxque sui monumentum ictus late ardua cervi
Romam dilectæ cornua miset heræ.
Prospectare feram immanem stratam usque juvabat
Et pueri niveas tam valuisse manus.
Non jam degenerem aiebant virtutis avitæ,
Nec jam animi aut patrii sanguinis esse rudem.
Multa igitur puero super, et super indole multa
Commemorant, blandis multa iterantque sonis.
Cum concepta lupo sed naribus utiles Alce
E silvis ab apro læsa gemensque redit,
Ergo lupus Alce male credita, protinus omnes
Inque suum vertit tela inimica caput.
Tunc numen Lycabas equitum auxiliare precatus,
Suppliciter tremula talia voce dedit.
Hoc bene si telum direxeris alme Georgi,
Quale tibi munus, qualia dona feram!
Dixit et amento inseruit digitosque manumque;
Transadigit dubiam fraxinus acta canem.
Pars voti rata, pars vacuas male cessit in auras,
Quadrupedem fixit non tamen ille feram,
Risere, atque Alcem stratam ostentare Leoni
Lectorum juvenum plurimus ardor erat.
Tum Lycabas, vos ne hæc miracula creditis inquit.
Cernite, tam similis non lupus ipse sibi est.
Non te Scipio ait, non te pudet agmine in isto
Formidare feras et dare terga fugæ?
Non ego te vidi trepidum et diversa petentem,
Cum nuper veri fiximus ora Lupi?

Nempe

Nempe cani atque lupo tu non discrimina pones,
O pecus arcadicum, ridiculumque caput.
Addidit his quidam et risum pater auxit Aquinas
Namque ait, O Lycaba, dicta joco ista putes?
Jam lupus iste quidem est, quem tu gladio asper et acer
Venatu, sed nos turba jocosa sumus.
Vade age, et hoc ipsa caput a cervice resectum
Postibus hoc ipso in vespere fige tuis.
Tale aliquod mea si patrarit dextera factum
Inter venantes non leve nomen erit.
Scipio ait, Lycabas mihi parcius ista memento
Objicienda, at at te graviora manent.
Hunc tibi cædo, hoc est quod sæpe fideliter olim
Vitalis monuit me fugere astrologus.
Mi Lycaba, Lycaba, parce, atque absiste movere;
Dispeream nisi tu vel Maleagron agis.
Hactenus audieris certamina, maxime Pacti,
Bellaque non magno sollicitata metu.
Nunc tibi mira canam, discrimina Martis anheli;
Herculeas possint quæ decuisse manus.
Nec mirere sonem quod grandius arma, quod ausim
Magna per exiguos bella tonare modos.
Est aliquid placuisse Jovi, et Jovis auribus, ille
Magnà referre humili dat mihi posse sono.
Sus erat, armentorum horror, pecorumque ministris,
Pastorum dominæ maxima cura Pali;
Cui non Ida parem, cupressifer aut Erimanthus,
Nec tulit in siculo silva Erycina jugo;
Dorsum immane, ingens, setis riget horrida cervix;
Sanguine et igne oculi spiritibusque micant,
Fulmen ab ore venit, ipsisque afflatibus ardent
Gramina, et incessu sternitur omne nemus,
Primus in hanc mediis silvæ et penetralibus actam
Irruit, exclamans ferte Ricardus opem:

Et

Et procul, O quicunque illac conceditis inquit,
Immanis sus est, claudite euntis iter.
Verte feram, verte huc tibi dico Caballe, Caballe,
Huc tibi dico, eja, o verte, Caballe, feram.
Clamantem illa sacer vates non audiit, ergo
Iræ ut erat juvenis præda furentis ait;
Huic te aprum ludo non te tua protulit Ancon
Sed levibus studiis, vade age et illa cole.
Huc celer accurrit ac stricta cuspide Julus
Trasadigit vastum setigerumque latus.
At fugiente fera magna vi hastile revulsum
Pone sub intrantis perculit ora Lyce.
Illa diu eluctata canesque virosque trahebat
Vulnificum torquens in sua colla caput.
Mox quoque dutius frustra cervam usque sequutus
Huc in defessi frena retorsit equi;
Prævertitque feram, ac jaculum in cervice recondit,
Quam mox telorum est magna sequuta seges.
Læsit humum tandem, ac terræ sera procubuit sus,
Una grunnitumque edidit, atque animam;
Quo nemus intonuit, remugiitque recessus,
Ipsaque Tyrheni mugiit unda freti.
Distraxit tamen ante Dapem, Domadenque molossos,
Atque Thoum, atque Labron, cresso Athamone satos.
Vix hoc ediderat campis spectacula monstrum
Cum vastum exclamant fige, age, fige lupum.
Freguso ille gravi sua vulnere terga sequuto,
Distinxit validam fulmineo ore manum.
Excussusque ultorque sui properabat in agmen,
Qua pia sacrati signa Leonis erant.
Tunc Saliatus, amansque Cibo, invictusque Rodolphus
Lecta manus missa prosiluere mora,
Omnes Medicibus consanguinitate propinqui,
Omnes terreno stirps bene fida Jovi.

Mox

Mox et fraxinea Cornelius affuit hasta,
  Ursinusque agitans jam grave Martis opus.
Alter prædatorque avium et vastator aprorum,
  Alter ponendis duxque caputque plagis.
Dehinc jaculis Rango, ac stricto bonus ense Triulcus
  Cæsar et ipse sui nominis usque memor;
Te quoque peltatum Egydi accurrisse loquuntur,
  Nec minus ore tuas tunc valuisse manus;
Una omnes ruere, atque in aperta pericla videres
  Præcipites domini pro capite ire sui.
Impiger at quadrupes et telis mille petitus
  In se conversus dissipat ore canes.
Tum domini vitæ custos hærensque timensque
  Hannibal illi avidum transigit ense latus;
Increpitansque fero morientem inspexit, et i nunc,
  Belua dira, inquit, dente feri, ungue seca.
Macte animis? Leo magnus ait, custode gradivo
  Non poterat nostrum tutius esse caput,
Diverso interea completur silva tumultu
  Clamantum, immanis bellud Taurus adest.
Taurus erat qui forte jugi de colle propinqui
  Terga fugæ huc diro victus ab hoste dabat.
Ille suos ignes, regnataque liquerat arva
  Saucius, et raptæ conjugis usque memor;
Multa gemens, vasto implebat nemora alta boatu;
  Victorem ignarus ferre, paremque pati.
Quid non cogit amor? quamvis puer imperat astris
  Idem et in horrentes jus habet ille feras.
Ibat atrox, non ille canum, non ille ruentum
  In sua telorum terga virumque memor;
Obnixus trunco cornu exacuebat in iras,
  Respiciens patrii tesqua adamata jugi.
Victori certus plagam ingeminare superbo
  Moxque sibi erepto rursus amore frui.

Exercentem

Exercentem iras perque agmina tota frementem
  Latrantum atque hominum est magna sequuta cohors.
Ocius exsiluere Arge Ichnobatesque, molossi,
  Nebrophanosque furens, prævalidusque Lacon,
Tum bonus Ispelles, Mendocius, Emiliusque
  Accurrere, cito qua furit ille pede.
Dehinc Serapica sequens canibus vulpem usque dolosam
  Huc quoque ad hæc properans murmura vertit iter.
Mox Valerus Venetæ decus et nova gloria terræ
  Excussus fœtæ nuper ab ore lupæ,
Et nunc crura instant secuisse bipennibus, et nunc
  Vulnificum sagulis implicuisse caput.
Attollentem animos irascentemque juvebant
  Hac amor, hac turpis damna dolorque fugæ.
Ergo furens Serapicam adiit, uncisque rotatum
  Cornibus, adverso præcipitem ore dedit.
Ille ut erat parvos breviter concretus in artus,
  Fertur in offenso procubuisse genu.
Moxque animos rursum attollens, victusque resurgens,
  Colla securigera persecuisse manu.
Concidit, ac mugitum alto de pectore ducens,
  Sanguine fœdatam pressit inultus humum.
Illum indignantem aspiceres, seque usque dolentem
  Ulciscique iras non potuisse suas.
Ne tamen hunc ipsam vita spoliasse bipennem,
  Neu vicisse homines, credite vicit amor.
Spectantem dum me hæc immania visa morantur,
  Vulnerat ecce aures vox inopina meas.
Nam meus Æneas mihi per nemora avia anhelans,
  Huc precor, huc genitor, si vacat, inquit, ades.
Illa vides myrtos inter procul arma moveri,
  Pugnat pro fibris vix dum obeuntis apri?
Agnovi nostri galeam vocemque Faloppi;
  Ille pater stricto scilicet ense furit.

Cessi,

Cessi, et turbam illam nato comitante petivi,
  Indolui et socium rixam agitasse caput.
Forte aderat genus hic Mutinense Faloppius acer;
  Dextera Rangono fida comesque duci.
Venerat huc patriis nuper de finibus exul,
  Ultus ibi offensas justa per arma graves.
Hic ubi purpureum primis galeaque coruscum
  Vidit apri testes subsecuisse Lycham,
Illum deberi soli sibi clamat honorem,
  Nostrorumque, minax, præda ait ista canum est!
Moxque furens stricto incessit cava tempora pugno,
  Ingeminans testes non sine teste feres.
Addidit et facto hæc quin tu istam age pone securim,
  Arma viri fortes et fera bella gerant.
Semivir et patrium in morem caput oblite myrrha;
  Nostra Padi in ripis, vade age, facta refer.
Pulsatæ sonuere genæ, mox lividus olli
  Sanguis, et informis polluit ora tumor.
Ergo dolens ignominiam, vastam ille securim
  Sustulit, ut forti præsto erat illa manu.
Jamque per adversumque hostem perque ora ruebat
  Lætalis dirum exitium hasta ferens,
Cum saltu foelix juvenis Mutinensis ab ictu,
  Et latus, et mira retulit arte pedem.
Mox propiusque hostem increpitans, validum exigit ensem,
  Qua radiat, dextro et lumen ab orbe venit.
Effosso patuere oculo penetralia, et orbis
  Spiramenta, ater proluit ora cruor.
Hic mihi jam vitam expira pro lumine adempto
  Hostis amare, ait, et hæc cape dona Lychas.
Dixit et arrecta rursum in sublime bipenne,
  Objectum ensem hosti fregit in ora suo;
Dissiliens mucro faciem distrinxit, at illi
  Cæde cruentatæ subrubuere genæ.

At non illa ſerens indigna Faloppius, hoſtem
Comminus amplexum dextra obeunte rotat.
Non ſecus Alcides procul a tellure premebat
Antæum, vires matre ferente novas.
Luctatuſque diu tandem pede crura recurvo
Implicat, atque gravi stratum agit usque solo;
Seminecemque ſurens stricto pugione ſequutus,
Impetit ipsum oculum qui super unus erat.
Calcitrat, atque oculo usque cavet cervice reflexâ
Et pro luce neci dat sua colla Lychas.
Ocius accurrere ipso in diſcrimine vitæ
Brandinus, et calabro vectus Helenor equo;
Impiger et Decimo bellis spectatus Helenor,
Ille Deis Rhodia religione sacer.
Hic subito exoritur studiis nova rixa ſaventum;
Scinditur in partes ipsa caterva duas.
Quid prohibetis ait justum certamen Orodes?
Æquore quin medio cedite signa canant.
Venantum densa ſeptos certare corona
Convenit, affectu pugnat uterque pari.
Cedam ego, Helenor ait, vincat quem vincere malit
Jupiter, aut socias mitiget ille manus.
Unum illud ſcitote, feras agitare fugaces
Venimus, hoc ultra ne ſcelerate manus.
Mox proceres Hiero, et juvenis Catineus, et ipse
Deceſſit Rhodiæ Brandinus urbis eques.
Ergo Lycham multa turpatum tempora arena
Torpor iners, mortis corripuitque metus;
Atque ait O summa mundi regnator in æthra,
Excipe ſollicito quas damus ore preces.
Si merui videorque nocens succenſe merenti;
Sin minus, immeritæ da supereſse neci.
Vota bonum meruere Jovem, namque Albicus acri
Eripuit procerum primus ab hoste Lycham.

Dehinc victi magna testatus voce salutem,
  Spectacla ipse, inquit, non probat ista Leo.
Testis abesse ipsa jussus gladiator ab urbe
  Roma, et ab hoc ipso libera facta metu.
Luce Lycham dextra aspiceres, miserabile, cassum,
  Sanguinolentum, ipsos et male ferre pedes;
At testantem ira stimulante Falloppion aras
  Victum hostem, et captum non potuisse capi.
Hos virtus Rangona, potes hos ferre ministros?
  Clamarunt fremitu sydera adusque novo.
Serva manus Rangona Lycham curæque medentum
  Tradidit, artifices applicuitque manus,
Hannibalisque ægrum nota ad tentoria ducunt,
  Conjugis et mira texta operosa manu.
Namque suos molli casus effinxerat auro,
  Rapta olim in patriis pene puella focis.
Quin matrem longo subtexerat argumento
  Sanguinolentam ipsos commaculasse lares.
Non procul hinc famulasque manus pubemque suorum
  Irruere et patrium cæde abolere caput.
Claustra relaxat male credita proditor arcis,
  Noxque favens tantis texta erat ipsa dolis.
Ipsa videbatur præceps demissa fenestra;
  Mœnibus et patriæ pendula ab arce suæ.
Seque diu clavo præfixa veste teneri
  Fecerat, et teneros implicuisse pedes;
Et ne audita queri rapido traheretur ab hoste,
  Conatam nullos prodere voce metus.
Finxerat et servatam ipso se numine divum;
  Numine, nam patriæ conciderat is opes.
Hannibalem hæc inter fausto sibi fœdere junctum
  Fervere et ulcisci justa per arma patrem.
Illum cernere erat stricto petere agmina ferro;
  Ipsaque pro cara conjuge in arma rapi.
Postremum ipsa humili votum immortale sacello
  Visa erat ante ipsos persoluisse deos,

Si

Si poteras tanti aspectu caruisse duelli,
Lancettum saltem visere dignus eras;
Lancettum Pacti quo non vinosior alter
Huc puer Arctoi venit ab axe poli.
Quæ te animi fratremque tuum tenuere procellæ
Debuit hæc omnis cedere cura joco.
Insignis fuerat canibus Lancettus alendis,
Idem ille et domini cura jocusque sui.
Æternum cui versanti crateras ahenos,
Vina dabant vitam, vina dedere necem.
Non nisi potum illum exoriens aurora videbat,
Pura rejectantem vina, merumque merum.
Præcipites clamore feras quoque potus agebat,
Nare sagax canibus non minus ille suis.
Hic jaculum intorsit quod detulit error in Argem,
Argem insignem agili mobilitate canem;
Quæ fugientem aprum cursu præverterat et jam
Villosam valido fregerat ore cutim.
Lancettum inde pudor vinumque iræque coquebant,
Congressusque trucem cominus ibat aprum.
Insiliensque feræ dorso nunc dentibus aures,
Nunc ferit insana colla ferina manu,
Verum illum tergo excussum male, præcipitemque
Trux fera ad usque imos fregit ab ore pedes.
Sanguinolentum et humi vinum crasso ore vomentem.
Et nemora et fidi mox gemuere canes.
Stratum herus efferri Cornelius agmine ab ipso
Jussit, et annoso perluere ossa mero.
Inscribique dedit tumulo, Hic Lancettus ab apro
Sed magis a vino saucius ora jacet.
Hunc libeat Chorineo astum, et quam Braccius artem
Struxerit, hic certa commemorare fide.
Ille ut mille jocos semper sub pectore versat,
Obvius huic celeri per nemus, inquit, equo,

Quid

Quid struis hic Chorinee? omnes per lustra Galesum
  Quærimus in tantis casibus unus abes.
Aut equus illum alta in silva per iniqua locorum
  Excussit, rupit aut ferus inguen aper.
Dixit et amentem Chorineum et multa querentem
  Transiit, in mediis deseruitque sonis.
Ergo hac atque illac infœlix currit amator,
  Secretumque nemus qua magis horret adit.
Et nunc voce tonat, nunc cornu multa recurvo
  Integrat, et socios admonet inde canes.
Silva Galese, eheu, quo te abdidit ista recessu
  Verte, Galese, tuos, verte age, verte pedes.
Heu frustra, Chorinee, hic labor, ille agmine ab ipso
  Cessit, habetque suum molliter unda latus.
Impatiens æstus et multa in cæde volutus,
  Torrida sepositis fontibus ora levat.
Ergo ubi nullâ miser per devia vidit, amici
  Longum quesiti, signa adamata pedum,
Ilicis accumbens sub tegmine fertur ab imo hæc
  Pectore flebilibus verba iterasse sonis.
Silvæ laurentes, silvæ quas criminis hujus
  Ignaras, tanti et funeris esse velim,
Vosque ignota feræ quas per nemora ista vagantes
  Maluerim nostros non agitasse canes,
Dicite si latebras vestras amor attigit umquam,
  Per nemus hoc carpsit qua meus ignis iter;
Dicite, sic stabulis ævum peragatis in istis,
  Vestraque in hac placide pectora valle cubent.
Heu, male caute puer, quis te casusve dolusve
  Perdidit? O medio e pectore adempte mihi!
Scilicet hoc sævo in nemore et nigrantibus umbris,
  Præda feris trucibus alitibusque jaces.
Reddite eum, Nymphæ, nemorum secreta colentes,
  Reddite fors vestro si latet ille sinu.

Quin

Quin totum ipsum illum proprios habeatis in usus,
Credita si per vos sit sua vita mihi.
Ah puer, et frustra misero dilecte sodali,
Exstinxti ipse tuum vita meumque caput!
Clamabam cave ne hæc virtus tibi fiat amara,
In gyrum heu rapido cum trahereris equo;
Et cum apros jaculo præceps sequerere furentes,
Clamabam, lateri, lux mea, parce tuo.
Quo sine me diversus in hæc loca perfida abisti,
En quo perduxit te tuus ille vigor.
Certum est hic, atque hic inter loca plena pavoris;
Nam quo lux mihi sit te sine velle mori.
Hæc et plura ferunt illum ingeminasse sub alta
Ilice, et his ipsas illachrymasse feras.
Parte alia nemore ex ipso, quæ ibi plurima turba est,
Ibat aper rapida clam per iniqua fuga.
Huc genus Ursina Valerus de gente profectum,
Ferrata celerem calce fatigat equum.
Ille quidem primis malas vestitus iulis,
Publica cura hominum, publicus ardor erat.
Plurima fronte Venus sensusque animosque trahebat,
Sed mage nescio quis gratus in ore vigor.
Sic per lustra vagus teneris prælusit in annis
Mars puer, et cœlo tunc quoque dignus erat.
Venantum ergo animos in se converterat omnes,
Immemores illac prætereuntis apri.
At fera prævalido fugiens vorat æquora cursu,
Transiliitque cito rhetia summa pede.
Indoluit medias puer evasisse per enses,
Totque per arma capi non potuisse feram.
Tum Marianus ibi picea speculator ab alta
Dicitur hos tenui voce dedisse sonos.
Ne geme, blande puer, lachrymis ne pollue vultus,
Hoc tibi nam facies hoc tibi forma dedit.

Quid

Quid mea vita feras amor est fixisse nocentes?
  Nonne hominum satis en sanguine habere manus?
Dixit et hinc pueri, stabat nam ibi cantharus unus,
  Nomen, cognomen, matrem aviamque bibit;
Dum bonus interea risum movet ac Marianus
  Totum ibi se et pleno proluit ora cado,
Unice, clamabant, damam, Unice respice damam,
  Respice en ante tuos se se agit illa pedes.
Ille alio licet excultas intenderat aures,
  Audiit, inque feram talia versus ait,
Sic rogo nostra tuum figant venabula pectus
  Fœmina ceu princeps perdidit una meum.
Olli arcum dextram usque Deus lunavit ad aurem,
  Et levum dixit sic mihi claude oculum;
Corda per et fibras perque ilia venit arundo
  Figier in jusso docta vel illa loco.
Clamavere omnes, O nostri gloria sæcli
  O decus, O vere nomine digne tuo.
Ille feram super incumbens, semel inquit obisti,
  At mihi mille uni sunt in amore neces.
Longa referre mora est quæ saucia diffugerunt
  Secretisque procul monstra obiere locis.
Quæque Thebaldeus jaculo eminus et bonus arcu,
  Mattelenes alta in valle dedere neci.
Quæque modo adveniens accinctus acinace Roma
  Lilius, usque gradum pone sequutus heri.
Forte aberat rebus missus Sadolettus agendis;
  Hoc caruere uno gaudia nostra bono.
Dulce caput domino et patribus Sadolettus, et idem
  Promptus Arionia monstra movere fide.
Sed votum hoc minuit stirps Portius alta Camillus,
  Arbiter Ausoniæ maximus ille togæ.
Nec non Christiados Vida ipse sacerrimus auctor
  Cui par nullum ætas pristina vidit opus.

Affuit

Affuit armatusque Sparo, et quis crederet, audax
  Per medias vates tam pius ire tubas,
Molsa comesque aderat, volucri gratissima cura
  Molsa Deo, Phœbi Virginibusque sacer;
Qui nisi quod sævam grave suspirabat in Æglem,
  Gloria venantum prima futurus erat.
Vertitur interea, nec dum tamen occiduus Sol,
  Parcite jam ferro cum Leo magnus ait.
Ergo omnes propere inde plagas et lina refigunt,
  Festinosque vocant ad sua vincla canes;
Huc te, huc verte, huc te, ingeminant, huc verte Melampe,
  Huc Terela, huc Ladon, ad tua vincla redi.
Ichnobates ades, huc ades, huc cum Lelape Theron,
  Huc Dromas, huc Leucon, huc bona Tigris ades.
Clamantum fremitu rauci canor astrepit aeris,
  Extremosque refert garrula Nympha sonos.
Attolluntur aquæ et fracto longum aggemit æstu,
  Ipsaque vicinis fervet arena fretis.
Terga suum excisasque feras congessit in unum
  Monstra Adimas miris saucia facta modis.
Huc lepores etiam imbelles damasque fugaces
  Congessere, avidi quos rapuere canes.
Cernere vasta omnes nec jam semel ora juvabat
  Rostraque adhuc hosti pene tremenda suo.
Quæ postquam Leo conspexit, venantibus inquit,
  Proveniant alii sic mihi sæpe dies.
Corpora deinde jubet tolli quæ strata jacebant
  Imponique altis anteferenda rotis.
In numerum jumenta ibant, onerataque plaustra,
  Cædibus et multa turpia facta nece.
Ipse domum usque suo graditur comitatus Julo,
  Lætam, ille ingeminans, terque quaterque diem!
At vixdum exierant castris cum se inter eundum
  Milvius ætherea prodit ab usque plaga;

Hic

Hic nova mox dederunt spectacula, scilicet hujus
 Aucupii veteres non meministis avi.
Tum falco rostro atque animis spectatus, in astra
 Mittitur, et gyris cœlum obit usque suis,
Nec prius absistit quam nubila et æthera tranet,
 Unde suam incursit prædam inimicus atrox;
Ille hostem agnoscens resupinus pandere rostrum
 Vulnificum atque uncos vertere in astra pedes;
At falco volucres præceps diverberat auras,
 Seque ruens missi fulminis instar agit;
Itque reditque viam, inque ipsum arietat hostem,
 Et miserum variis vexat agitque modis;
Evasit tamen ille, ac dissiliente sagitta
 Ocior aversum saucius ibat iter.
Insequitur falco jam jam tenetque feritque
 (Heu quas ferre solet vel brevis hora vices!
Ecce furens pone ætherio Jovis ales ab axe,
 Non expectati vulneris auctor adest.
Ac jam victorem in mediis miserum excipit astris,
 Et validum sævo sauciat ungue caput.
Discerptum dimisit (agit genus omne animantum
 Invidia ipsa) animos non tulit ille pares.
Clamabat, sed frustra illum ad sua vincla magister,
 Usque adeo miserum laudis agebat amor.
Quem moribundum alta poli e regione cadentem
 Excepit trunci versicoloris acer.
Lapsum herus ingemuit, hacque illum est voce sequutus,
 Te tua vis dedit et fraus aliena neci.
Ergo illi aeria in turri statuere sepulchrum
 Ursinusque pater Ausonidumque manus.
Rostra super busto et posuere ingentia cœlo
 Cæsarum in mediis syderibusque avium.
Exculptamque ursam dominique insigne superbum
 Et validorum olim vincla operosa pedum.

Insignem

Insignem hanc pietatem olim miratus et hærens
   Tale gravi carmen voce Capella dedit.
Quid non patre sub hoc poterunt spectare Quirites?
   Cum tumuli meritis obliget unus aves.
His actis petiere domos, mensisque frequentes,
   Et picturatis accubuere thoris.
Multa inter mensas interque liquentia vina
   Narravere sacri fortia facta patres.
Hic jactat rapidi oris aprum, hic taurum usque furentem,
   Hic cecidisse uno se feriente lupum;
Ille suos memoratque metus ut robore fido
   Vitarit fulmen fata minantis apri.
Ille ut ob hoc ipsum sibi magno optaverit emptum
   Armorum illa ipsa in luce fuisse rudem.
Me quoque narrarunt fœlicem a morte redemptum,
   Et medium quod non subsecuisset aper.
Lætitia plausuque fremit Romana juventus;
   Augustumque suum vivere rursus ait.
Sed procerum nihil æque animis risumque Leoni
   Movit, Mantoæ quam sacer urbis Abas.
Namque ferunt inter voces hominumque canumque
   Totam illam in somnis accubuisse diem,
Stertentemque altum sub odore et tegmine lauri
   Collectis multa nocte redisse plagis;
Miratumque diu ac longum stupido ore morantem
   Tot domini excisas mensam onerasse feras.
Divini interea recitantur carmina Bembi,
   Venantum validas quæ cecinere manus.
Insignis cythara, Phœbique idem ipse sacerdos
   Thyresias, miris retulit illa modis;
Donec stellifero delapsus somnus ab axe
   Admonuit tacita membra quiete frui.
Hæc ego venatuque super silvisque canebam
   Posthumus, Ethrusci qua strepit unda sali;

Cum

Cum Palis antiquam cessit Leo magnus in arcem,
Jussit et intactæ virginis arma coli;
Quo duce, Jane, tuam per sæcula clausimus ædem,
Romaque oliviferæ commoda pacis agit.
Quo duce, nunc colitur pietas, habet ocia ferrum,
Fraus pœnam, virtus præmia, jura locum;
Per quem acri impatiens livor sibi pectora telo
Fixit, et hoc uno numine vincor, ait.
Ipsa ego forte illo sub temporé lustra sequutus,
Desueta potui tela agitare manu,
Qui prius imbelles elegos, dominumque potentem,
Et cecini una malas quot dedit illa cruces.

---

## No. CLXX.

(*Vol.* iii. *p.* 460.)

*Guidi Postumi Silvestri, Eleg. lib.* ii. *p.* 89.

LEONI. X. PONT. OPT. MAX.

HEU quam nostra levis, quam non diuturna voluntas,
Quam juvat ingratum sæpe quod ante fuit.
Quam placitis, Pater Alme, adsunt fastidia rebus!
Ut minus id, gratum quod fuit ante, probes.
Urbis opes, moresque olim, sine fine placebant,
Nunc præferre urbi commoda ruris amem.
Credideram nihil esse Remi conspectius urbe,
Inque suis tantum gaudia nata jugis,
At magis ora, ubi nunc mihi torrida ducitur æstas,
Et placet, et sensus abstulit una meos.
Hic, de more, dies, non jam mihi stare videntur,
Quos placidum faciunt frigus et aura breves.

Sublevat

Sublevat arentemque sitim, ebibitumque remordet
Insiliensque oculis, frigidulumque merum;
Legitimum hic labens non ullo tempore desit,
Garrulaque algentis vena perennat aquæ.
Capripedes alibi Panes, non jam aptius, ora
Fervida, fontanis immaduistis aquis;
Non hic aura calet, non hic plaga noxia cœli,
Hic vel Erythreæ sæcula vatis agunt,
Huc Boreas gelido non jam bacchatur ab axe,
Sed leve nescio quid languidulumque sonat;
At Notus æternum squallentia comprimit ora,
In latus oppositi personat ille jugi;
Quin et nox, et lux somnos habet ipsa salubres,
Conveniens populis illa vel illa venit.
Quam juvat hic, quem non semper sublimia tangunt,
Agrestum tenues excoluisse casas.
Dulce pruinosis spatiatur mane frutetis,
Dulce diem spectat sole cadente mori,
Dulce videt fessos operosi cultibus agri
In sua ruricolas tecta redire boves,
Silvestrumque gregem imparibus certare cicutis,
Moxque inter pecudes accubuisse suas.
At festum venerata diem, perfunctaque vino,
Saltat amatori fusca colona suo.
Vernat læta, thymum populataque mane rubenti
Corticibusque cavis multa susurrat apis,
Plurima et hic perdix, et plurima phasidis ales
Rangoni volitant grata rapina meo.
Quarum cottidie prædam tibi destinat omnem,
Ingeminans, nostro cæpimus ista Jovi.
Excipe pacato silvestria munera vultu,
Quantulacunque animis nec satis æqua suis.
Ipsa vices tibi mox virtus fraterna rependet,
Unica nata tuo est pro capite illa mori.

Præside

Præside ab hac, Lepidi nuper summotus ab urbe est
  Gallus, et in primo limina terga dedit.
Læta tibi belli dedit inclytus omina Guido,
  Hic vir, hic est palmæ summa caputque tuæ.
Hoc duce, iniqua tuis quondam victoria castris.
  Æqua tibi terris æqua futura mari est.
Non procul hinc rabidum erigones vitantibus aurum
  Ilicibus densum verberat aura nemus;
Quo velit ipsa libens juga permutare Lycæi,
  Silvanusque pater, semicaperque deus.
Multa ubi frondet acer, ubi ponto natus arando,
  Aurea Fagineus sydera tangit apex.
Illic dulce cubant sera sub nocte palumbos,
  Illic rore madens plurima garrit avis,
Illic venatu accumbit pecſuncta juventus,
  Membraque frondòsis ponit anhela jugis;
Apta cohors, Satyris saltantibus, ordine longo
  Visa modo est rudibus carmen hyare sonis.
Materiam quæris? Nymphas celebrabat amatas,
  Missaque virginea Naica dona manu.
Scilicet irrigui fontes, non antra, nec umbræ,
  Nec faciunt silvæ, quo minus urat amor.
Est et Septimio quiddam teneroque Galeso
  Carius, hoc unum sed latuisse velim.
Scilicet æoos brevis occulit arca lapillos
  Incustoditæ ne rapiantur opes.
Judice me, Siquis gemmam ostentarit et aurum,
  Ille reus fatuæ simplicitatis erit.
Magne pater, rerum atque hominum justissime rector,
  Idem honor, et sæcli rexque deusque tui.
Si sinat hoc discors qui nunc tibi supplicat orbis,
  Non alibi soles occuluisse velis.
Si liceat tua facta rudi mihi claudere versu,
  Hoc nemus, hi fontes dent Helycona mihi.

# No. CLXXI.

(*Vol.* iii. *p.* 466.)

*Raph. Brandolini Leo*, *p.* 139.

RAPHAEL BRANDOLINUS JUNIOR LIPPUS, JOANNI MED. DIAC. CARD. SANCTÆ MARIÆ IN NAVI NUNCUP. S. D.

QUUM nullum majus, atque præclarius indicium defunctorum memoria conferri beneficium possit, quam siquid assumatur, quod eorum laudi sempiternæ consulat, et per eos posteritatem maxime ad virtutem accendat, statui Lippi Germani lucubrationes in unum redactas in lucem proferre, ut ex hac ejus industria, exactaque diligentia, in summa præsertim rei familiaris augustia, et miserabili, quæ mihi cum illo communis est, cæcitate, et quam ipsam rerum, ac temporum vario conflictatio reddit miserabiliorem, illi quidem nomen et gloria quam meretur, mihi saltem hujus lucis aliquid comparetur; quippe quod ille non in fortunis, quas ad usus vitæ necessarias non multum cupivit, vel in corporis venustate, cujus caruit, eminentissimo sensu, sed in virtute, ac honestate, et divinarum rerum contemplatione felicitatem omnem esse ponendam existimavit. Ego, etsi ejus in hoc genere laudis assequendi spem mihi effulgere non videam, imitandi tamen, ejusque vestigiis inhærendi studio semper incumbo. Quare cum ejus tres libros de comparatione Popularis, et Regii status in Rempublicam, quos Pannoniæ incœptos, Florentiæ per Dialogos absolverat, nuper evolvissem, tuo Nomini dicandos multis de caussis mihi proposui tum quod eos ille, interveniente Mathiæ Corvini optimi; ac sapientissimi Pannoniorum Regis obitu (cujus maxime hortatu opus aggressus fuerat) Laurentio Medi Parenti tuo, unico seculi nostri virtutum ac literarum omnium præsidio, summoque

summoque non Florentinæ modo Reip. totiusque Regionis Etruscæ, sed universæ Italiæ ornamento, censuerat offerendos; ut qui, justissimo ac munificentissimo nostræ tempestatis Rege amisso, eum civem deligendum videbat, cui tam præclarum opus merito debebatur, cujusque vel judicii gravitatis, vel ingenii acumini, vel rerum peritiæ posset maxime confidere; tum quod ipse veracissimam prudentiæ, pietatis, munificentiæ, fortitudinis, innocentiæ, cæterarum Parentis virtutum imaginem referens, dignissimus procul dubio videris, qui super jus quoque hæreditarium paternæ laudi, immortalitatique succedas. Quandoquidem tute tibi ab ineunte ætate vitæ formulam præscripsisti, ut sive publice sive privatim in summo rerum discrimine versareris, peropportunum et prope divinum consilium captares, quo Frates, atque propinquos omnes difficillimis temporibus sublevasti; quique sic etiam in te pietatem semper habuisti, ut omnibus præditus virtutibus non immerito judicareris, quibus ea inopes beneficentia es complexus, ut qui tuæ rei familiaris angustiam metiretur, te Parentem quoque Laurentium in eo virtutis genere facile crederet superasse; qui autem ignoraret, illum in te revixisse arbitraretur. At domesticas per exilium calamitates, quæ multiplices, ac prope infinitæ fuere, acerrimos quoque invidorum morsus qua animi celsitudine ac innocentia pertulisti? ea nempe, qua unus ex fortissimis, innocentissimisque nostrorum temporum viris posses jure optimo judicari. Accipe igitur, Pater humanissime, Parentis prius lucubratum, deinde tuo nomini recognitum opus, quod uni tibi, et gratissimo Filio, et unico Familiæ Medicum fulcimento, et viro optimo, et pientissimo Cardinali, et denique paternæ laudis hæredi merito debebatur accipe; accipe, inquam ac una mecum existima, hanc tibi dedicationem optimum revisendæ Patriæ omen, ac certissimum esse. Quod si tibi tandem aliquando, ut ego quidem, et optimus quisque civis maxime sperat, contigerit, et illa per te pristinum decus, ac veterem dignitatem, et tu per illam incredibilem gloriam,

gloriam, sempiternamque ad posteros memoriam propagabis. Vale.

---

## N°. CLXXII.

(*Vol.* iii. *p.* 483.)

*Coryciana. Ed. Rom.* 1524.

Blossius Palladius romanus. Jano Corycio Lucumburgen. a libellis just. V. C. S. P. D.

Corycium senem tibi quadantenus cognominem, Jane Coryci, P. Vergilius (ut scis) multis versibus collaudat, facitque eum ad Galesum flumen, sub altis Tarenti turribus, hortorum cultui hærentem, vitamque felicem, atque otiosam ruri degentem. Itaque hac una hortensi industria meruit vetulus cilix divinis carminibus interseri, et vita longævus, longævior fieri carmine, quod illi pro æterno monumento a poeta omnium maximo statutum est. Atque ille quidem hoc summi poetæ munere æternus jam est, suasque arbores, et plantas vivacitate vincit, parique perennitate hujus memoria cum poetæ gloria protenditur, tantum illi felicitatis attulit. P. Vergilium in ejus hortos incidisse. Quid autem te Jane Coryci dicam, hujus senis cognominem, annis æquævum, ab hortorum cultu non abhorrentem? Quem omnes nostri temporis Urbani Poetæ, uno ore concelebrant? Quid hoc an fatum aliquod est, Corycios semper poetis populares. Corycium crocum atque adeo aromata omnia, ad æternitatem olentes? Nisi te etiam illo longe præstantiorem, et ex Parnasso monte, ac Corycio specu, Musarum dono nobis datum crediderim, ac (si poetice magis eloqui licet) ab Coryciis genitum Nymphis, atque educatum, Quod omnia

omnia hujus ævi ingenia in urbe excitaveris, et ad virtutis, laudisque amorem miro ardore succenderis. Nam tu cum ab hinc ferme decennio pro tua pietate aram cum sacello in æde Divi Augustini, Christo Deo, Matrique et Aviæ ejus, Mariæ, et Annæ statuisses, treisque statuas, suam cuique e Lunensi illas marmore erexisses, ad hæc picturam longe inclytam, et priscæ æmulam, addidisses, scalptoremque, et pictorem quam eximios adhibuisses, præterea sacrificio quotidano perpetuo, vasa, vestem, pecuniam legasses. Tum Poetæ urbani omnes, velut œstro perciti, tuamque tum pietatem, tum operis ipsius excellentiam admirati, te certatim extulerunt, tuamque animi magnitudinem, statuarum nitorem, artificum præstantiam, suis carminibus texuerunt. Præclare illi quidem, et ut in divinis rebus, prope divine. Qua sanè in re, nescio an potius ubertatem ingeniorum, copiamve sententiarum, an carminum genera et varietates, laudandas putem, cum in omnibus, quanquam inventione, stylo, metro, diversis, unus tamen ac prope idem decor concentusque eniteat. Alius elegis, alius heroicis, alius lyricis numeris, aut phalæciis agit, æque pulchre omnes. Adde rei ipsius ac materiæ dignitatem, cum non ut prisci coacervatim in licentiosis Lampsaceni jocularibus, sed in Dei ac divorum laudibus canendis, ingenium exercuerint. Ergo ut in plurimis, quorum Pandectæ sunt, Jurisconsultis, præter rei ipsius quam docent, utilitatem, unus prope stylus in tot diversissimis, tum ætate, tum patria, ingeniis elucet, sic in hoc uno libello, præter ipsam rem, quæ (ut non majus dicam) divina est, et de Deo, ac divis contexta, etiam styli elegantia, etiam ingeniorum ubertas, etiam inventionis carminumque varietas, admiranda nobis est. Stupendum est præterea, quosdam in his pene pueros esse, Romanamque pubeculam, tam præcox, et frugiferum ingenium divis suis consecrasse. Felix igitur tu, Coryci, non ut Tarentinus incola de suis hortis, sed de tuis statuis, de tua pietate, de divino cultu, de perpetuo sacrificio, de tot poetis, de tot carminibus, de tua

perenni gloria, mansuraque æternitate. Nam quanquam tuæ laudes longe plures ac potius innumeræ sint, tamen sic velim, Corycî, existimes, tuam felicitatem hoc uno libello contineri. Etenim hæ tibi statuæ, præterquam quod carminibus et monumentis tot poetarum perennitatem tibi contulerunt, etiam statuam in cœlo statuerunt, aut certe locum ac sedem pepererunt, in quibus tu resideas sempiternus. Quod si, P. Vergilius in tua, aut tu in illius tempora incidisses, habuisset ille quidem, quid de te, præter hortense studium concineret; prædicasset in homine natione externo, Romanum ingenium, urbanam dexteritatem, litteraria studia, litteratorum commercia, festivam urbanitatem, extemporariam dicendi facultatem, antiquitatis et marmorum vetustorum amorem, tum vero rigidam in justitia et supplicibus libellis, quibus jam sub sex Pontificibus præsides, severitatem; atque etiam istam tuam caniciem, corpusque teres et vividum, istamque tunicam tenuem atque expeditam in frugi homine, et ab omni ambitione semoto, cum nitens alioqui vestiarium tibi sit, prædicasset. An vero ille illum tuum solennem diem tacere potuisset, quo tu Annæ Christi Aviæ sacrum, tanto cultu et honore, ad tuas primum statuas stato sacrificio, inde ad hortos, pingui et lauto epulo, atque adeo omnibus bonis, omnibus doctis, indicto, concelebras? Nam eo bonorum atque eruditorum virorum ea cohors coit, ac diem celebrat, ut in tuis hortis medias Athenas, emporiumque doctrinarum possis videri illo die includere, et musas de Helicone et Parnasso deductas, in Tarpejum et Quirinalem tuis hortis imminentes, transferre. Ubi alius ad arbores citrias, alius ad hortenses parietes, alius ad puteos, aut signa, quæ illic plurima sunt et speciosa, omnia antiqui operis, et gloriæ plena, hac illac temere et varie, carmina affigunt tuas statuas, tuam pietatem, liberalitatemque ejus diei, tam in Deos quam in homines tantam, uno ore concelebrant. Denique nullum in orbe terrarum (ausim hoc dicere) concilium aut convivium est, illo tuo illius diei, nobilius atque illustrius, quum

præeuntibus

præeuntibus mane sacrificiis, et re divina, post vergente vespera, selecta doctissimorum turba, et quasi flores litterarum, in hortos tuos coacervantur: quos tu quidem plurisquam reges, plurisque quam Satrapas universos æstimas et jure æstimas. Neque enim philosopho, immo sapienti tibi, plus animum purpuræ ac mitræ, quam carmina et metra pervadunt, neque pluris eos facis, qui sunt, quam qui esse reges merentur. Possem ego istos hic inserere, ac nomina poetarum tui temporis, posteritati indicare, nisi penè innumerabiles essent, ac bona eorum pars in libello ipso carminum annotaretur. Quare te iterum atque iterum felicem jure appellaverim, cum tu in tanta ubertate ingeniorum, quantam nostra tulit ætas, non solum annumerari, sed ab omnibus unus celebrari merueris. Eant igitur isti, qui laquearia aurea supini suspiciunt in cameris, suasque opes sibi habent, aut avare occlusas, aut inutiliter profusas, aut indignis erogatas, nec quicquam in poetas et doctos viros largiuntur. Tu enim non usque adeo dives, sed tamen satis animo dives, ac divitiarum prudens partitor, nobili hac liberalitate, quam in perpetuum sacrificium, et in solenne hoc epulum contulisti, tum alia indesinente et perpeti, quam in omnes assidue bonos per occasionem exerces, factus es sempiternus. Siquidem in divos, qui supra homines, in homines, qui inter homines doctrina excellerent, ostendisti simul pietatem ac liberalitatem. Verum illi cum suis plurimis opibus, quibus uti nescivetunt, interibunt, nomenque una atque opes in terra condent; tu paucissimis tuis divitiis perbene usus, bene ac sempiterne uteris. Etenim in cœlo tibi æternitatem Divi, in terris optimi homines, optimis monumentis, perennitatem rependent. Quo magis miratus aliquando sum, te tam inglorium, atque immortalitatis contemptorem fuisse, ut tuæ gloriæ invideres, carminaque tot, totque ingenia supprimeres, et cum gloriam tam meruisses, meritam tam contemneres, aut certe negligeres. Ecce jam Decennium circumactum est, ex quo ista conflata, emissa, divisque donata sunt nec dum in

 lucem

lucem à te proferuntur. Invidisti tibi, immo etiam Divis, immo et nobis omnibus, qui non sumus tam philosophi quàm tu, qui gloriam amamus, qui famam non contemnimus. Ergo (dicam enim jam libere) tecum furem esse oportuit; atque istum libellum, quem tu sepultum atque occultum volueras, subfurari tibi, atque in lucem edere opus fuit, ut nobis omnibus aliquam afferret lucem. Scio non esse nos Vergilios, neque tam nos assecutos his plurimis versibus, quam illum illis paucissimis. Sed nec ullos alios præter Vergilium fuisse Vergilios, et te illi Corycio anteponendum (ut dixi) non dubito, neque quia nos tibi Vergilii esse non possumus, Ideo tu nobis non eris Corycius. Vives, vives, inquam, nobiscum, et hoc uno remedio mortem vincemus, ut mortui vitâ, per famam et gloriam vivamus. Quod si altera quoque æternitatis via, quæ armis et victoriis quæritur, in precio est, quinimmo preciosior quibusdam habetur, Ego istam mihi amabo, quæ non hominem ferro necat, sed stylo servat, quæ prodest scribendo, non obest rapiendo, quæ innocentia, humanitate, pietate, non audacia, ira, vi, temeritate contendit, Ita ut longe mihi præoptem (si id assequi possim) poetam me esse quam militem. Verum ad me redeo, quem furem fuisse fateor, ne tu esses invidus, neu fortæ id nobis quod olim illi eveniret, cui divina opici roserunt carmina mures. Librum itaque istum, quem tu capsula occlusum tenebas, in tua cellula, ad lævam manum, sopito nuper tibi subripui, et quasi à Sileno dormiente Vergiliani pueri, sic ego à Corycio sene, æterna carmina clam extorsi, invulgandaque typis dedi. Dabis tu veniam, ac mecum aedibis in gratiam, ut voles, neque me sic furem oderis, ut non recogites, te potius odio habendum fuisse, ut invidum. Denique alliges me ut vis ad tuam Tarpejam rupem; me nunquam pœnitebit fuisse Prometheum, Qui ut ille de cœlo ignem, sic tibi ardentia, et victura carmina, ad peremnitatem nostram, sæculique voluptatem, subripuerim. VALE.

*C. Sil-*

*C. Silvanus Germanicus, Jano Corycio S.*

Arsillus egregius vir, libellum ad me detulit, quem de poetis urbanis conscripsit; eum tibi mitto, non solum ut legas, verum ut associes quoque libellis tuis, unà orbem terrarum ut peragrent, postquam tandem extra sinum, parto deliberaris frui honore. Non poteris profecto sine magna ingratitudinis nota id negare officii, mæ poscente, viris iis, qui in tæ staiuasque tuas officiosissimi fueræ, sed certum est invidulos aliquot exclamaturos, quid tam sedulo Silvanus laborat istæc edi? scilicet quod ipse quoque est insertus corone tantorum virorum. At ego istiusmodi blaterones perinde habeo, ac Romani Brutios, dummodo sciant laudem hanc, somnos mihi breviores facturam. Tu vero, mi Coryci plusquam decuit inanes illorum, immo vero inermes stimulos metuens, hactenus rarissimam cohibuisti gloriam. Cave igitur animo decedas, confige cornicum oculos, utere laude tua vivens, si sapies, quæ cæteris post fata longe venire soleat, naucifacito quicquid est omnino invidentium, quando citius invideræ quis poterit, quàm imitari. Vale.

---

*Janus Corycius Lucumburgen. C. Silvano. S.*

Multam, Silvane, tibi debeo gratiam, qui mihi nostri Arsilli de Urbanis poetis legendum libellum indulseris, Longe jucundiorem profecto, et venustiorem, iis libellis, qui mihi, quotidie inter manus versantur, et lites præferunt, atque contentiones; ac licet nassueto, auseam et bilem commovent. Ingentem itaque ex eo voluptatem cepi, nec mittere mihi carius potuisses quippiam. Arsillo vero etiam atque etiam debeo, qui tantos illos viros, quorum opera penè spiro et vigeo, quorum ope nomen obtineo, atque umbris subtrahor, uno libello nobili complexus est, verissimas uniuscujusque laudes attingens, et quodammodo collocatos in Musarum

Musarum concilio, posteritati planè intuendos exhibet. Cum tamen efflagitationibus, ne dicam conviciis. Virorum probatissimorum urgear, carmina in nostras edita statuas publicare, typisque cudenda tradere (non tam quod obtrectatores invidosque extimescam, quibus parum certè negotii nobiscum est, quam quod mihi, ûdicioque meo non satis fido, et consulendas mihi aures arbitror disertiorum) minimæ obsequendum credidi, et ut ab editione abhorreo, ita quoad fieri possit abstinere decrevi; non maligno, ædepol, animo, neque ut immortaleis laude homines fraudem, aut præconio illo excludam, atque intervertam, quod tot fessi vigiliis commeruerunt (Nempe ea jactura mihi cum iis est communis) Sed ne vider forte ita gloriæ appetens esse, ut quid deceat, quid dedeceat, non prius dispiciam. Hace ration libellus summæ apud me æstimationis et gratiæ, cæteris quidem jungetur, verum in Scriñii latebra aliuamdiu dorment, et hoc elegantiæ præmium apud ne feret. Scio summi Oratoris esse sententiam, Nullius Agricolæ stirpem tam diuturnam, quam boni Poetæ versum, conseri posse. Verum ego non tanti duco gloriæ illecebras, ut decoris rationem et temporis posthabendam existimem, cui sapientem servire in primis decet. VALE.

---

## No. CLXXIII.

(*Vol.* iii. *p.* 500.)

ORATIO STEPHANI POSSIDARSKI, *habita apud* LEONEM DECIMUM, *Pontificem Maximum, pro* DOMINO JOANNE TORQUATO COMITE CORBAVIÆ *defensore Crovaciæ.*

BEATISSIME Pater, semper in divinis Beatissime, in humanis autem vix audeo dicere, cum rempublicam Christianam

tiam a ferocissimis Hostibus lacerari et ludibrio iri animadverto. Quod idem Sanctitati tuæ cognitum esse, cum ex nunciis Domini mei Joannis Torquati devotissimi servuli tui, Corbaviæ infelicissimi Comitis, tum ex legatis tuis ad illas provincias missis exploratum esse judicamus, quod omnibus fere Christianis, non sine magno terrore cognitum est, immanem illam Bestiam, in Apocalypsi figuratam, idest Turcarum regem, septem illa cornua contra nos extulisse, et per quinquaginta et amplius annos, nescio an propter vitia nostra, an permissu summi Dei, tot Episcopatus et consequenter episcopatibus subditos, in suam ditionem, et quod pejus est in suos mores ire coegerit, ut jam prope, nisi ostenderis te esse id quod es, Salvatoris Vicarium, de nostra salute desperemus. Videmus enim quotidie non indies majus urgeri, et quasi ex igne aquam petere? sed proh Deus immortalis, ubi est veritas? ubi est amor justitiæ? ubi est fœdus amicitiæ christianæ? Vicini Domini atque Dynastæ qui nobis auxilio et sibi præsidio esse deberent, invidia nos quadam prosequuntur, et ex amaritudine nostra sibi adipes faciunt; sed Joanne Torquato deleto, tunc intelligent carnes et adipes ex invidia saginatos sine ossibus constare non posse. Verba subdola et apparentia inter gladios et frameas nullius efficaciæ sunt. O quoties inter ignes villarum suarum, et multitudinem captivorum, ipse Joannes, non sine magno sanguine suorum, tanquam Leo irritatus in medias latronum et hostium acies impetum fecit, nullaque humana ope sed divina potius evasit. Animos ejus et ausus quis enarraverit! Cogitare potes, Clementissime Pater, dum tot calamitatibus de continuis incursionibus et latrociniis affectus sit, quomodo sibi constet, ut facile appareat non sine numine tam diu posse subsistere. Utcumque tamen vigilat et observat quantum fieri potest in angusto, et in regione prope desolata, ut exclamare possit, unde mihi auxilium nisi a Domino. Venetorum provinciæ Dalmatiæ et Liburnia prope mare quum naturali munimento defensæ tum fœdere facto tutæ aliquandiu a faucibus Turcarum fuerunt. Ceteræ Medi-

terraneæ

terraneæ provinciæ, aut quia longius ab ipsis hostibus, aut quia prope flumina sunt, negligentiùs de nobis agere videntur; sed Joanni Torquato ista necessitas imposita est, ut non solum se finesque suos, sed alienos etiam tutari cogatur; nam in Tinium, et Clissiam, et Regulorum castella, quæ ab aliis custodiri deberent, et maxima quidem vigilia, idem Dominus meus semper oculos intendit, et sæpe castella sua, et bellicis tormentis, et militibus exarmat ut illis opem ferat. Cæteri omnes Reguli et Frangipanes, qui a tergo sunt, illius fortunam opperiuntur, in casu ejus omnino casuri. Banus in penetralia Sclavoniæ secessit, et in foribus Crovatiæ hostes non curat. Sed quid plura dicam, quum nemo ignoret Joannem Torquatum xxx. annos in foribus Corbaviæ vigilantissimum custodem excubare, et contermina Turcis loca intrepido animo defendere. Ibi non legationibus neque verborum disceptationibus de principatu agitur; sed cruentatis ensibus de fide, libertate, ac de salute contenditur; sed circumcirca, undique terror undique fuga est; quas pulcherrimas et fecundissimas terras ipsa natura constituit, sævitia hostium et cultorum desolatio turpissimas et infecundissimas reddidit. Non possum tibi, Pater Sancte, tot arces natura munitissimas, tot nobiles et strenuissimos equites Crovatia fugatos nonnisi Banorum incuria et negligentia recensere. Non possum tibi omnes Turcarum astus et insidias, taceo crudelitates quas contra nos faciunt, enarrare. Ambiguum est an majus nos potentia an dolis et fraudibus urgeant. Waiwodas captis arcibus et Castellis præficiunt qui sponsionibus et possessionibus Christianos subditos alliciunt ut sibi obnoxii sint. Proh dolor, Beatissime Pater, jamjam cum Turcis vicini Christiani matrimoniam contrahunt, atque ita conveniunt ut Domino meo inter Christianos et subditos agenti debito dubitandum sit. Affirmare tibi possum, clementissime Pater, illum hostium fraudes multo majus quam arma timere. Hostium tributarius effectus est, ut quoquomodo possit effugiat et salutem sibi et miserrimæ Crovatiæ tam diu producat, quoad

divina

divina miseratio ſaverit. Videt enim omnem ſurorem Turcarum totas in se vires effundere; ut nisi tu, Beatissime Pater, qui summi Dei Vicarium agis, solita providentia Domino meo prospexeris, de rebus suis, et de tota Crovatia propediem interitum nunciet. Si prospicere, Pater sanctissime, vis, aut Joannem Torquatum militem Ecclesiæ restitue de Turcarum tributario, et sicut optat, propugnatorem effice, aut aliquem de ducibus tuis mitte, cujus armis et ope Turcis vicinis secum obstare valeat, et latrocinio latrocinia repellere, aut saltem aliquem virum religiosum ad illos populos mitte, cujus autoritate a ſuga contineantur, et ad fidem Christi corroborentur, aut Sanctitas tua dic novissima verba. Vale.

Manlius arces Romanas et templa repulso,
  Deſendit Gallo sæpius hoste procul.
Hic noster Torquatus agros deſendit avitos,
  Et sæpe a nobis Turkica signa ſugat;
Tam gratus patriæ quantum ille Quiritibus olim,
  Et si ſata dabunt prospera, major erit.

---

## No. CLXXIV.

(*Vol.* iii. *p.* 501.)

*Vidæ op. tom.* ii. *p.* 137. *Edit. Comin.* 1731.

LEONI X. PONT. MAX.

ECQUIS o lætam, LEO, gratus urbem
Erigit rumor fera te parare
Barbaræ jam jam Latio imminenti
    Funera genti?

Macte,

"Macte, qui tantos animos superbus
Concipis; magnis nova te triumphis
Gloria invitat, nova laurus, o ter
Maxime Regum.
O diem illam, qua rediens in urbem
Arduis figes spolia ampla templis,
Quem duces omnes sacra Vaticani ad
Limina ducent.
Ante dejecti capita alta reges
Efferi incedent; minor ibit ille
Qui modo devicto Oriente Romæ
Dira minatur.
O ubi hic captas numerabis urbes,
Et ducum vita exuvias carentum,
O tuum quæ tunc merito lacessent
Gaudia pectus!
Ergo age, arrectam Ausoniam, et paratos
Publica Europæ voca ad arma reges;
Jamque spumosum videam latere
Classibus æquor.
Hoc avent omnes Itali, exterique,
Gestiunt cunctis animi; paratur
Martis ad præclara opera, et labores
Pulchra juventus.
Ipse ego, quamvis alia nitere
Mens erat lauro, ardeo nunc amore
Martis, armorumque; tui reliquunt,
Phœbe, calores.
Nunc vocant artes aliæ; juvet me
Jam gravem ferri strepitum, tubasque
Horridas audire; juvet ruentes
Cernere turmas.

Jam

Jam mihi densum videor per agmen,
Casside inclusus caput, insuetum
Funera horrendum fera fulminanti
Spargere dextra.

Non ego pro te, laribusque, et aris
Horream extremos penetrare ad Afros,
Non ego Xanthum galea cava potare, nec Indum.

Pulveris multum, patiensque Solis,
Ibo quo Bellona vocabit, et Mars,
Hostium irrumpens cuneos, ahena
Luce coruscus.

Est mihi pectus, mihi sanguis, et vis
Vivida, est præsens animus; trementi
Barbari tellure cadent mea sub
Cuspide reges.

Ante me haud alter vacuus timoris
Audeat muros superare capti
Oppidi, nemo prior obstinatas
Rumpere in arces.

Forsan et vestros aliquis triumphos
Dum canet vates Asiam, Africamque
Cedere, et victum juga vestra ferre
Protinus orbem,

Me quoque heroas memorabit inter
Maximos; noscent animæ in periclis
Prodigum, expertemque metus futura
Sæcula Vidam.

# N°. CLXXV.

(*Vol.* iii. *p.* 502.)

*From the original, in the Cottonian MSS. in the British Museum. Vitell. B. 3. 218. b.*

REVERENDISSIME Pater et Domine, Domine mi ac benefactor singularis, post humillimas commendationes. Nonnullis meis litteris ad vestram R. D. scriptis, satis copiose me significasse arbitror ingens Sanctissimi Domini nostri desiderium ad pacem inter cunctos christianos principes universalem componendam, meique non ejus Sanctitatis consilium quod Gallico Regi hac de causa tanquam sibi in mentem venisset proponendum decreverat; sperans non difficulter successurum quod saluberrimum eventu foret; atque in ea re, viam a me cogitatam quam maxime probans, nostrum consilium tanquam a semetipso proveniens, postea Pontifex ipse, per Illustrissimum Urbini Ducem, opportune secreteque ad prefatum Gallicum Regem deferri curavit, a quo nuper plenum accepit responsum, mentem atque ejus voluntatem plane indicans, ut abunde V. R. a Domino Silvestro Dario percipiet. Quamobrem Sanctissimus D. N. mihi injunxit. ut per celerem cursorem, vestram R. D. ejus nomine rogarem, obtestarerque, ut quam citissime ejus responsum haberemus; Nam verbis ullis explicare nunquam ardentissimum suæ Sanctitatis desiderium possem, quo afficietur donec rescripserit ipsa V. R. quam meo etiam nomine propterea obsecratam velim ut huic tanto Pontificis voto satisfacere dignetur.

Super privationem Cardinalis Hadriani ternis ad vestram R. D. literis significavi perplexum Sanctissimi D. N. animum

animum, ac suæ trepidationis causas; quamvis in sententia se persistere affirmaret, et ad postremum non defore diceret, quin illum ad Ecclesiæ Bathoniensis Resignationem compellat; id quod ab ejus Sanctitate sæpissime et quotidie pene mihi confirmatur. Felicissime valeat eadem V. R. D. cui me iterum humillime commendo. Romæ xiii. Junii. M.D.XVIII. V. R. D.

Reverendissimo in Christo Patri et Dom. D. Thomæ, Sanctæ Cec. Presb. Card. &c. ac Sedis Apost. Legato.

*Humill. suus Sil. Ep. Wigornien.*

---

## N°. CLXXVI.

(*Vol.* iii. *p.* 503.)

*Sadoleti op. tom.* ii. *p.* 257.

JACOBI SADOLETI EPISCOPI CARPENTOR.

*Leonis X. Pontificis Maximi a secretis, in promulgatione generalium Induciarum Oratio, in Beatæ semper Virginis ad Minervam habita,* XIX. *Kal. Aprilis,* M.D.XVIII.

QUOD optavimus antea semper, et quotidianis votis petere ac precari solebamus, Leo summe Pont. Patres amplissimi, legati, virique ornatissimi, a Deo primum immortali, dominoque nostro Jesu Christo, et item Sancto Spiritu, cujus veri Dei potestas ita cælo et terra est maxima, ut sit sola, tum autem ab ipsa matre Dei Sanctissima Virgine, eisque divis omnibus, qui hujus Urbis atque templorum, horum ordinum atque Curiæ hujus populi generis nominis curam ac tutelam gerunt,

gerunt, vellent, juberent, agerent, ut tandem aliquando domesticis intra nos dissensionibus liberati, arma quæ diu in nostram perniciem distrinximus, ad impiorum fidei nostræ hostium cladem, atque exitium verterémus; id hodierno primum die ejusdem Dei ope atque numine, Divorum omnium suffragio et precibus, tuo Pont. Maxime consilio, tua auctoritate, diligentia, monitis Regum et Principum vestrorum legati pietate ac moderatione ita factum est, ut magna ex parte confectum esse videatur. Quanquam pax, Patres, illa, quæ maxime necessaria esse existimatur, non est in hodierno facto voce et vocabulo usurpata: Sed etsi pacis nomen abest, illius vis omnis tamen et potestas assumitur. Induciæ enim promulgantur, si rem spectes pacis prænunciæ, si tempus, quinquennales, cujus temporis longinquitas plus nescio quid boni profecto habere in se putanda est: Sæpe enim pax brevior fuit: Tanti vero temporis Induciæ egregios fructus diuturnæ pacis afferunt. Ita cum rem ipsam jam teneamus, celeriter, ut spes est, in ipso nomine pacis conventura est omnium voluntas et consensio. Quo igitur generales inter omnes Reges, ac Principes christianos Induciæ in quinquennium edicantur, eaque res optimis auspiciis, optimis omnibus Deo auctore fiat, et ipsi habitus honos, supplicationesque triduo tota Urbe fuerunt, ut vidistis, et hodie hic est, ab hoc orbis terræ Parente et Capite, a sacrosancto Senatu, ab omnium Principum legatis, a florentissimis ordinibus Sacerdotum, Civiumque conventu in celeberrimo hoc Templo in conspectu pene Dei immortalis, ut cujus bonitate tantum donum accepimus, ejusdem etiam numine sanciamus. Et huic quidem saluberrimæ pulcherrimæque tantorum Regum et Principum conspirationi, quam sub nomine Induciarum sancta pax constitutura est, immanissimi hostis Turcæ infinita cupiditas illiusque admirabiles parvo tempore ad omnem amplitudinem progressus, et periculum ab eo imminens atque propinquum christianæ reipublicæ, caussam præbuit. Qui non contentus Asiæ, provincia, quam e corpore christiani

christiani Imperii primam avulsit, eamque spurcissimis suis ritibus et moribus inquinavit; non contentus Græcia, quam errore quodam a nobis dissentientem repentino bello oppressit; non contentus Illyrico cujus maximam partem occupavit, reliquum quod superest omni clade belli, et crebris excursionibus sæpe est populatus; nuper etiam ac plane paulo ante tanquam cupidus athleta verum certamen meditatus, quo se interea exercitatione faceret robustiorem, ad Syriam usque excucurrit et Ægyptum, easque opulentissimas provincias, duobus præliis victor, sub imperium, et ditionem suam redegit. Sophique Rege Persarum aliquot certaminibus repulso atque deterrito nihil jam deinde esse putavit, quod furori suo obsistere, impetum frenare posse videretur. Itaque non victoriam illam finem belli, sed illud bellum majoris et gravioris contra nos certaminis tanquam præludium quoddam fuisse putat: Ad quod nunc se apparat tanta diligentia, tanta instructione rerum omnium, quæ ad maximum et gravissimum bellum sint idoneæ, ut aut sanguis noster et libertas illi danda, aut hoc remedium salutaris inter nos concordiæ fuerit adhibendum. Nam tertium quidem nihil fuit, nisi forte cum eo hoste rem esse existimamus, quo cum aut pace aut pactione aliqua concordiæ aut justo fœdere et æquo nobis convenire posse arbitremur. Qui cum ab eorum, quos nuper devicit, superstitione non abhorreret, essetque cum eis et multarum legum et vetustissimorum fœderum societate conjunctus, nihilominus tamen victoria jam parta armisque ab adversariis positis infinitam vim sanguinis ex dedititiis exhausit, plurimisque fide data, fore eos apud se tutos; cum eo pignore inducti multi accessissent, omnes continuo ad supplicium rapi jussit; cum hoc ulla conventio rata esse potest atque firma, qui fidem suam porrigat ad occasionem perfidiæ? Qui quacunque pervadit, nobilitatem omnem vult extinctam, virtutem perditam, sanguinem porro nostrum ita exsorbere avide et profundere exoptat, quasi videatur hoc sanguine sanguinem illum abluturus, quo se parente

rente

rente prius suo morte ablato ex fraternis cædibus respertis. Nam si avaritia aut cupiditate imperandi contra nos ferretur, hanc ejus vel acerrimam sitim satiare potuisset Oriens, explere Asia, sedare Europa. Sed nimirum ille ex nostris cladibus non minus ludum crudelitati suæ, quam pastum cupiditati quærit. Atque hunc hostem, vel immanem potius feram et truculentam, tot sæculis perpessa christiana respublica, quas non pertulit calamitates? quibus non contumeliis affecta fuit? Quot mortales, mortales dico? quot integri populi proditi, miseri, et omnium destituti auxilio, qui tamen ex nostro genere ex nostro cognatione essent, aut acerbissimam mortem oppetere, aut Deo vero repudiato et rejecto, turpissimam servitutem subire sunt coacti? Quot Urbes captæ, vastatæ, inflammatæ? Quantæ aut extinctæ aut oppressæ nationes? Quot regna erepta? quot multæ inustæ christiano generi ignominiæ et notæ? Quodque et miremur amplius et doleamus, tantam ne in tot acerbissimis injuriis nostrorum Principum patientiam, bone Deus? tantam malorum omnium tolerationem? Tantam in accipiendis contumeliis animorum dissolutionem? Quod non evenit quidem metu aut ignavia; nec quod se impares viribus esse hosti arbitrarentur. Semper enim, si usquam ulla fuit bellandi fortitudo et rei militaris gloria, ea christiani maxime generis et fuit et est propria. Sed Deus, Deus inquam, cum peccatis nostris gravius esset infensus, ab omnibus voluit intelligi in ipsius manu esse et perniciem nostram et salutem. Itaque nobis a salutis propria cogitatione aversis, hosti etiam suo liberiores furendi habenas indulsit. Hanc unam caussam, si vere rem expendere voluerimus illius secundarum fortunarum nec aliam ullam fuisse reperiemus, felicem quandam temeritatem, videlicet Dei judicio permissam, hominis fortasse vigilantis et vafri, non tamen magnanimi neque prudentis. Quid enim illi cum virtute aut cum prudentia? Virtus sibi ipsa præcipue confidit. Hic alienis vitiis et erroribus pro suâ virtute usus est: Virtus et repugnantes

aperte

aperte vincere lætatur et conservare cedentes. Hic cum in pugnando insidiosus et fallax, tam nusquam minus est quam in ipso prælio crudelis. Virtus ex victoria laudem, hic nihil unquam appetivit nisi prædam. Prudentiam autem consilii, quam in eo esse statuimus? qui ita imperium regat, si illud imperium potius quam superbum et crudelem appellabimus dominatum, ut eum multo gravius cives metuant quam hostes, capitaliore illum odio prosequantur qui ejus ditioni subsunt, quam qui arma contra eum ferunt; neque injuria; strages enim nobilitatis maximas; bonorum direptiones facit impudentissimas; ita orbatis nationibus omni dignitate reliquos in servorum numero ac loco habet; hæc qui perpetiuntur miseri, qui pertimescunt anxii; fortes vero, quos nos esse decet ad veri Dei cultum et ad dignitatem natos, qui aut tantum dedecus virtute propulsare parati sunt, aut si id minus liceat, mortem præoptant quam illiusmodi servitutem.[e] Sed quod institueramus dicere, hactenus illi, ut fureret ut in nostris malis damnisque debaccharetur, permisit Deus; non tamen gentem delectam a sese, et ad hæreditatem patriæ cælestis per filium suum vocatam, captam penitus voluit esse et extinctam. Sed in ipso pene extremo rerum omnium discrimine nobis ad ejus opem atque auxilium confugientibus ipsius justa severitas ad solitam misericordiam deflexa est. Qui cum divina illa mente prospiceret unicum prope remedium supremis rebus esse in conveniendo populos in unum et Reges ut serviant Domino, primum optimum hunc et sapientissimum Pontificem noctes et dies nihil aliud cogitantem, nihil laborantem, nisi de pace et de concordia communi, ad jam diu exorsum opus conficiendum adjuvit, deinde christianos Reges ac Principes, quibus ipsemet illum honorem, illam dignitatem tribuisset, discussa privatarum caligine simultatum, ut verum decus, veram honestatem, veram laudem attenderent, ad munus eorum dignitati debitum et ad pristinam animi magnitudinem revocavit. Ipso porro eo tempore, quo si in longiorem diem di-

lata fuisset illius clementia ultimus casus universæ calamitatis christianæ reipublicæ fuerit subeundus, cum hostis, nobis imparatis, utpersua debatur ipse, nec id quidem falso, maximos jam comparasset exercitus, navibus tota maria constrasset, immanem suam crudelitatem cum infinita cupiditate contra nos intenderet, Italiam non carpere paulatim, ut quondam majores sui tentaverunt, sed universam belli fluctibus obruere cogitasset; ad eamque oppugnandam classibus pro machinis, Græcia atque Illyrico pro aggere, se usurum arbitraretur. Cui instanti et jam jamque imminenti periculo ita opportune occursum est, ut cum ipsa res statum atque incolumitatem totius christianæ reipublicæ contineat, tum vero temporis opportunitas divini providentiam consilii ostendat. Sane nullum non beneficium a Deo est; Sed quod hoc majus et illustrius sit, gravissimi periculi proximus facit metus; tanto scilicet, quanto gratius est liberari summo malo, quam secundis rebus augeri. Quamobrem, quæ paulo ante vehementer extimescebamus, fugam, exilium, servitutem, mortem, quamquam hanc quidem in illo abominabili, quem Deus avertat, casu, cæterorum malorum remedium arbitrabamur, ab eo præsertim hoste, a quo victore, si cruciatus et lacerationes absint, mors in beneficii loco numeretur; hæc jam timere omnia desinamus. Quæ vero nobis jucunda atque exoptata sunt, salus, libertas, religio, spes et conservandæ et ampliandæ dignitatis, ea sunt cuncta hodierno hoc facto atque consilio hujusmodi Induciarum consentione omnibus constituta. Pro quo immortali et vere divino beneficio, Patres, ingentes primum gratias Deo nostro agere, deinde christianis principibus habere maximas debemus, quod suas voluntates et studia in communem salutem polliciti sunt, quod fidem ac virtutem præstare sunt parati. Ac hujus quidem sancti salutarisque consilii actio omnis et tractatio ab hoc optimo clementissimoque Pontifice, et ab initio profecta est, et ad hunc exitum pervenit. Cujus officii tanto illius honori debiti, earumque quas cum

eo

eo junctas esse necesse est, virtutum, aliorum sit prædicatio; meum erit testimonium; interfui enim et cognovi, et pro ea fide qua illi mea servitus ac vita devota est, opera, studio, diligentia quoad potui illius maudati excepi. Quas ille curas, quos animi labores, quantas et quam varias suscepit sollicitudines, ut suum dilectum gregem, bonus pastor incolumen conservaret; omnis ejus voluntas, omnis cogitatio, tota mens pacem, amicitiam, concordiamque spectavit; hæc habuit proposita; in his semper perstitit, itaque affuit recte cogitanti Deus. Sacer iste Senatus Principis sui sanctissimi consiliis nec cura nec studio nec auctoritate defuit. Res bona ex parte confecta est. Principes obtemperarunt. Quorum primus dignitate, virtute nulli inferior, Imperator Cæsar Maximilianus Augustus et sua sponte, et ejusdem Pontificis hortatibus incitatus, non modo in optimam sententiam discessit ipse et sua amplitudine dignam, sed ultro etiam rationes totius belli gerendi et sibi et omnibus conscribendas curavit; tanta prudentia, tantoque studio, ut facile appareat in summo Imperatore summi quoque Ducis et animum et consilium inesse. Pacem ait se velle, sin id sit spissius, inducias sex annorum omnino constitui oportere. Quid ita tam multi temporis? quia inquit triennium bello dandum est. Reliqui tres anni ad quietem domi necessariam victori exercitui sunt tribuendi, ne externos labores statim domestica mala excipiant; majorem hic ne pietatem præ se fert, an sapientiam? Idem semet iturum in expeditionem pollicetur. Quis dubitare vel minimum de victoria queat, tanto Imperatore rei militaris scientissimo belli Duce? Extat certe et eminet, quod mandatum monumentis est, nulli magis convenire reipublicæ curam quam Cæsari. Eadem et animi virtute et consilii sententia Christianissimus Galliæ rex Franciscus pacem se desiderare generalem ait. Et tamen quæcunque erit proposita ratio concordiæ sive per fœdus sive per Inducias in eam sese summo studio iturum. Idque sine fraude, inquit, sine dolo

 malo,

malo, ut videamur oculis cernere animum illum excelsum ac magnum, si quid privatim mordeat, condonantem hoc Deo et Reipublicæ christianæ; quæ tanto major virtus est, quanto is, qui ea moderatione utitur, opibus et potentia est instructior. Idem de hoc bello ita sentit se nihil unquam ardentius concupivisse, nec vero nunc cupere, quam ut in sævissimos fidei hostes exercitum ducere et cum eis decertare pro imperio et dignitate recuperanda liceat. Idque ipsa re affirmat aliquando se probaturum. O eximiam animi magnitudinem! et jure quidem hoc cupis Francisce. Tu enim ad imperandum natus es. Illa Barbaria ad serviendum. Tua est nobilitatis propagatio, quam illi totis radicibus extirpant. Tua fidei propugnatio, quam illi oppugnant. Cujus etiam tutelam ac defensionem et isto tuo cognomine præclarissimo suscipere teneris, et divino recente beneficio admoneris: Quid enim filio nunc tibi a Deo dato quod multis antea Regibus Galliæ non contigit tibi præscriptum putas esse? nisi iccirco fuisse ab eo tuis privatis rationibus consultum, ut tu publicis nunc consulere liberius possis. Erit ergo in hoc maximo et præstantissimo Rege summa spes rei bene gerendæ constituta. Quid Carolo Hispaniarum Regi catholico, quæ par laus invenietur? qui in ea quam scimus adolescentia, et ætatis etiam nunc viridibus annis constitutus, maturos tamen jam fructus admirabilis cujusdam virtutis fert: Pacem aut Inducias probat communes: adit consilia de bello, de militum genere, de itineribus. Quodque ab illa ætate nec postulandum fuerat, nec expectandum, semet offert ipsum, opesque omneis suas se Duce in sanctam expeditionem pollicetur. Quoque rem agi intelligas, classem jam nunc parare se se atque adornare affirmat bene magnam, quæ populatis prius Africæ littoribus confestim ad primum signum Italiæ accurrat subsidio. In hoc Rege clarissimo eodemque potentissimo, cum tantum virtus jam antegressa sit ætatem, nonne sperandum est ipsius majorum præstantissimas virtutes, velut translatæ plantæ solent, ad majorem in

eo

eo amplitudinem celerius proventuras? Nam Henricum invictissimum Angliæ Regem licet regionibus extremum rerum natura fecerit, in omni tamen regia excellentique virtute inter Principes connumerandum ducimus. Qui cum ad omnem rationem et conventionem generalis concordiæ paratum se dicat, tum adjungit se se quamvis ab omnibus his periculis sit ipse semotior, tamen detrimento reipublicæ christianæ magis commoveri quam suo. Itaque se se offert et omneis opes suas, quæ quamquam sint maximæ, effecit tamen ipse pietate et magnitudine animi, ut non copiis esset, quam virtutibus laude præstantior. Igitur hoc quoque firmissimo fortissimoque præsidio christiana respublica munita est. Quid Emanuelem Regem Illustrissimum Lusitanorum? Qui hujus belli non novam neque nunc primum susceptam affert voluntatem; sed antea sæpe omni sua auctoritate contendit, ut ad hunc finem communis pax constitueretur. Cujus de virtute ac in Deum pietate quod majus testimonium quærimus, quam quod rerum gerendarum studio cum flagraret, alium orbem terrarum investigare maluit, ubi suæ virtutis adipiscerentur gloriam, quam eam ex socialibus controversiis comparare. Transfer nunc animum in diversam partem, et Ludovicum Pannoniæ, Sigismundum Poloniæ Reges clarissimos contemplare, quorum in altero lucet indoles quidem virtutis egregia, sed ætas nondum apta rebus gerendis. Sigismundi autem tantæ res bello atque armis gestæ extiterunt, ut cum ex illis regionibus Ducem expeditioni quæramus, nec animi magnitudine præstantiorem, nec consilio prudentiorem quemquam, nec eventis feliciorem desiderare possimus. Est et Daniæ Rex Christiernus, cujus pietas erga Deum et in hanc sanctam expeditionem voluntas pluribus sæpe rebus est testata et cognita. Et Jacobus Scotiæ, qui quamquam puer est, tamen majorum suorum in hoc sanctissimum bellum studia creditur imitaturus. Atque hi Reges omnes tales atque tanti, in hac consensione Induciarum, desiderio pacis, susceptione hujus belli, et animo et cupiditate sunt toti, quorum animi ac voluntatum

luntatum tum ex eorum litteris clara testimonia tum vivi testes legati gravissimi et prudentissimi viri, quorum ora præsentium assentientiumque cernimus, fidem certam omnibus faciunt. Adde huc Helvetiorum fortissimam manum, invictum robur, mirabilem constantiam. Quæ gens tanto flagrat hujus belli ardore, ut jam nunc paratos teneat ad hunc usum milites atque descriptos. Adjunge ceteros et in orbe terrarum et in Italia Duces, Principes, Populos, et eos præsertim, qui mari et terra bellare cum Turcis consueverunt, qui nullo pacto sunt communi studio et saluti defuturi. Quorum nunc quidem omnium ad hujus maximi et pulcherrimi facinoris laudem conspirantem concordiam, ubi ille audiet omni scelere et immanitate præditus Tyrannus, quonam modo conturbabitur? Cadet animo, languescet studiis, et totis artubus contremiscet, et ut pudeat eum referre pedem ac regredi, insistet certe. At nos progrediemur. In quo conflictu quid tandem tibi ad spem erit propositum o Turca? quibus rationibus confides? Innumerabiline multitudini militum? At nostri parva sæpe manu ingentes copias fundere didicerunt. An tuorum virtuti? quasi vero non jam bis aut etiam tertio periculum factum sit. Quo quidem tempore si majores nostri non tam semitam sibi facere ad Hierusalem quam Asiam apprehendere voluissent, pedem nunc de tuo, ubi insisteres non haberes. An vero divinum tibi auxilium speras affuturum? O scelerate et perdite: Tu Deum verum oppugnas, Deum insequeris, et ab eo tibi opem potius quam supplicium debitum expectas? Quin tute rem, ut est fatere et concede. Nostræ intra nos dissensiones, quas semper es speculatus, locum tibi prædæ et direptioni patefecerunt. Cæci, cæci inquam antehac fuimus, nec satis inspeximus quid ageretur: nunc disjecta est caligo, tenebræ depulsæ sunt; diluxit, patet veri honoris splendor, vera species objecta est oculis. Quapropter tu Deus optime maxime, qui ex illis altissimis templis omnia contemplaris et gubernas, Da tu, supplices quæsumus, populo tuo, quem condidisti,

quem

quem a nominis tui cognitione quondam aversum, per filii tui mortem et sanguinem in vitam revocasti, cui nunc tantis periculis exposito non solum salutis viam, sed etiam spem laudis ostendis, ut horum ipsorum Regum Principumque virtute, quorum fidei et vigilantiæ per te commendatus et concreditus fuit; in pristinam possessionem veteris dignitatis et imperii restitutus te colere unum, te venerari, in omni regione oraque terrarum libere possit. Quorum autem ductu, imperio, auspiciis, hoc tantum in christiano genere beneficium collocabitur, ut hi post beatam demum, ac tam diu inter nos actam vitam, partamque celebritatem ad posteros memoriæ et laudis suæ sempiternam, aurato et quadrijugis albis, cuncto cælesti comitante exercitu, in cælum deportentur.

---

## N°. CLXXVII.

(*Vol.* iii. *p.* 506.)

*From the Cottonian MSS. in the British Museum. Vitell. B.* iii. *p.* 225.

CUM nuper Sanctissimus Dominus noster Leo Papa decimus, Gregis Dominici sibi a Deo commissi, tamquam bonus pastor paternam solicitudinem gerens, et Tranquillitatem ac pacem omnium christianorum principum mira cordis affectione desiderans, videns insuper immanissimos Turchas velut Lupos rapaces ad dispergendas Oves et ad Gregis Dominici internecionem paratos imminere, nisi pastoris Vigilantia et Diligentia a Christianorum invasione ab oculo Dominico arceantur et repellantur, præsertim cum nuper eorundem Turcharum Tyranni vires et potentia eousque creverint ut deleto Sultano cum toto Mamaluchorum exercitu, tota Syria et

et Egipto cum omnibus provinciis dicto Sultano quondam subjectis sit potitus, et nunc omni alia cura probe solutus et liber, nil aliud moliri quam Christianorum cædibus et Sanguini inhiare videtur. Considerans præterea quæ culpa Christianorum principum qui inter se miserabiliter potius pugnare quam dictorum Turcharum feritati resistere eosque adoriri retroactis temporibus voluerunt, tot Regna a Turchis et Saracenis ante hæc tempora occupata, coinquinata, et fœdata fuerunt, pastorali officio suo convenire putavit ut Christianos principes omnes contra Turchas pugnare et susceptas injurias ulcisci hortaretur. Et cum hoc commode fieri non posse idem Sanctissimus Dominus noster prospiceret, nisi prius ipsi principes Christiani inter se pacem habentes, de communi hoste propellendo cogitarent, ac unitis animis et viribus gladium quem eis divina Majestas ad vindictam malorum tribuit, in Turchas, qui salvatorem Christum verum Deum esse abnegantes Legem Evangelicam evertere atque extirpatre conantur eripere vellent. Ac propterea idem Sanctissimus Dominus noster, habita super hoc cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura Deliberatione, Reges, principes et potentatus Christianos, necnon Respublicis, communitates, cæterosque Christi fideles, quinquenales treugas et inducias (ne tam necessaria aut salutifera Expeditio in Turchas aliquo impedimento differatur, sed potius debitum et optatum exitum consequatur) suscipere sit hortatus, atque easdem anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, sexto Idus Martis publicavit, Christianos et cæteros prædictos hortans per vim Misericordiæ Domini nostri Jesu Christi, et per passionem qua nos redemit, et per Judicium extremum quod unusquisque secundum opera sua est accepturus, et per spem Vitæ æternæ quam repromisit Deus diligentibus se, ut hujusmodi treugis et induciis durantibus, in Caritate mutua et amoris et benevolentiæ unione persistentes, ab omni prorsus abstineant offensione, ut tam sanctæ contra nefandissimos Turchas Expeditioni, omni

prorsus

prorsus metu et suspitione cessantibus, intendere possint, ad quas quidem Inducias sive Treugas acceptandas et ratificandas, dominus Sanctissimus Dominus noster nos non solum suis litteris verum etiam per Reverendissimos in Christo patres Thomam Sanctæ Ceciliæ et Laurentium Sancti Thomæ in Parione titulorum presbiteros Cardinales et ad hoc nostrum Regnum de latere domini Sanctissimi Domini nostri legatos requisiverit et hortatus fuerit. Nos igitur, tanquam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ et sedis Apostolicæ Filius obsequentissimus, nec non honorem ejusdem cordi semper habentes, eamque pro viribus et opibus nostris defendere, ac sanctissimæ ejusdem Apostolicæ sedis monitis et Exhortationibus acquiescere paratissimi, dictas quinquennales Treugas seu Inducias quantum ad nos attinet acceptandas ratificandas et approbandas duximus, ac easdem per præsentes acceptamus, ratificamus et approbamus: Protestantes nihilominus et per præsentes declarantes, quod per dictarum quinquennalium Treugarum seu Induciarum acceptationem, ratificationem seu approbationem, ab aliis Ligis, Amicitiis, seu confederationibus cum quibuscunque Regibus, Principibus Christianis, Dominis sive Comitibus ante hæc per nos initis, aut ab aliquo seu aliquibus articulo seu articulis in aliqua dictarum Ligarum, Amicitiarum seu confederationum comprehenso seu comprehensis, recedere vel in aliquo derogare nullo modo intendimus, sed easdem Amicitias, Ligas et Confederationes cum Regibus quibuscunque, Principibus, Dominis, Comitibusque ut præfertur factas, ac omnia et singula capitula contenta in eisdem in suo pleno robore et effectu permanere volumus et declaramus. *Cætera desunt.*

# No. CLXXVIII.

(*Vol.* iii. *p.* 510.)

EXHORTATIO VIRI CUIUSDAM DOCTISSIMI AD PRINCIPES, NE IN DECIMÆ PRÆSTATIONEM CONSENTIANT.

SI UNQUAM Germaniæ principibus prudentia, consilio, concordiaque pro defendendo honore, et communi utilitate opus fuit, Alemani proceres electissimi, inprimis indigere mihi videntur hoc tempore, quo in prædam Romanæ avaritiæ deputantur, ac dedecorosam servitutem, ita blande propositam, ut illa homines, prius quam intra viscerapenetraverit, sese captos non sentiant. Est enim modus fallendi adeo vafer, ut his septis versutiis (quid enim non excogitat avaritia) existiment acuti homines fraudem a nemine posse deprehendi, præsertim a vobis Germaniæ ducibus, quos cibo semper refertos, et vino madidos arbitrantur, et publice declamant. Et ob id ad decipiendum liberius aggrediuntur. Præbuerunt præterita tempora fallacibus hominibus constantiam in spe præsenti. Quando enim non est assensum illorum malis artibus; cùm saltem adfuerit, qui vel mediocriter didicit fraudi fucum adpingere? Constat profecto nullam partem Christiani orbis ab hujusmodi prodigiorum genere non esse callide tentatam, multos reges et principes fraudùlenter deceptos. Sed singula mecum reputanti occurrit, nullam gentem sæpius illusam, habitamque ludibrio ac nostram. Non te, inclyta Germania, ad libros relego, ut gesta hominum cognoscas legendo. Satis ampla sunt, quæ memoria hujus ætatis tenet. Quo magis vereor ne inscitia temporis præteriti successum præbeat malo incumbenti. De quo brevem tibi Germania sermonem subjiciam, quanquam nil novi a me audies, quod per inclytos tuos principes non melius noris. Quadriennium habitum Romæ concilium patrum de

rep.

rep. christiana (quam legitime jurisperiti et theologi disputant.) Nondum erat finis tamen cum de colligendis Decimis omnium assensu decretum est, volutus erat lapis ad locum suum. Placuit ergo, rejecto reliquo negotio, tanquam parum utili, invocato sancto spiritu, concilium dimittere, gratias agendo Deo, per quem operationes nostræ incipiunt, et cœptæ recte finiuntur. Porro impium est, quod concilio placuit, id putare displicere Deo, quo hæc aguntur autore. De pace agitur inter reges, qua firmata, visum omnium suffragiis Asiatico hosti conjunctis viribus bellum inferre. Evomuntur evestigio quatuor legati (nisi ob quintum collegam et ob computum erraverim) ad nationes Christianas, ut reges et principes ad expeditionem instigent, ipsi vero pecuniam mulgeant. Quibus forte dicebatur, Ite in orbem universum, prædicate dicentes, Qui crediderit, et Decimas soluerit, salvus erit. Quorum nuper, cum Bononiæ essemus, tres vidimus ingredi, tanta pompa et apparatu, ut sapientes ad eorum errorem allicerent. Dilatate inclyti Germani imperium christianum. Frangite vires hostis impurissimi; in hoc omnibus nervis incumbite, quo nomen Christi extendatur. Res pia et sancta est, et a nemine potest reprehendi, nisi qui malit Turcæ, quam Christo servire. Verum sub hoc prætextu, per hanc fictam pietatem, sub hoc umbrato nomine exspoliare imperitiorem populum, sugere lac gentium, inebriari mamilla regum, dico scelus esse multo probabilius, quam quæ a Turca inferuntur. Non quod tanti faciam pecunia privari (quam sceleratus citius quam probus habere potest) sed quod nullo pacto ferre debemus (quantum in nobis est) ut angelus Satanæ transfiguret se in angelum lucis, et poculo pietatis, propinet impietatis venenum, ut populus, cum se rem sacram facere Deo existimet, avaritiæ sacrificet, quæ mater est falsæ religionis. Falli, errare, labi, decipi, ubique turpe est, per religionem vero turpissimum; quam unam nobis contra noxios mores contulit divina bonitas. Hæc absolutiorem partem pietatis nobis proponit.

ponit. Primum, Deum amare omnibus viribus, proximum deinde ut nosipsos. At quomodo illum amabimus, cum videmus ejus sacrosancta præcepta manifeste pollui? Nec tamen occurrendo, sed potius connivendo, opem ferimus impietati. An ille proximum sincere amat, qui in incommodo illius removendo nihil est occupatus? Nolo amicum nihil solicitum de salute mea. Inimicus mihi habeatur, qui a me non propulset injuriam si potest, et tamen illa non legimus, nec audimus, sed quotidie fieri videmus, nullo hominum reluctante, sed patientes ad omnem ignominiam; quasi non potius contumelia sit Deo quam obsequium, stulta patientia. Utinam tam facile possint ista emendari, quam reprehendi, et principes nostri nollent perpetuo connivere, sed tandem aliquam partem, si non totum, perversæ consuetudinis præcidere. Quanto æquabilius res tam prophanæ quam sacræ se haberent? Ego enim sic existimo, imperia his artibus melius retineri, quibus acquiruntur. At imperium Christianum non armis non gladio comparatum est, sed pietate, et optimis exemplis vivendi. Quæ postquam pessum abierunt, omnia bona retrolapsa sunt. Multa imperia perdidimus, quoniam artes, per quas parta erant, non retinuimus. Amissa est pietas, retinuimus nomen. Salutamur in vita sanctissimi, et post mortem nemo nos dignatur nomine sanctitatis. Ab hac parte paulatim cœpit proserpere virus exitiale. Deinde cæteri proceres secuti sunt non segniter. Ergo mirum non est quod a nobis alienatur cœlestis favor, et nos non cognoscit amplius, atque prædæ relinquit improbo hosti. Pontifices enim Romani, postquam cœperunt prophana cum sacris conjungere, immo relictis sacris solum prophana admirari, quam bene consultum fuerit reip. christianæ, quam bene placuerit superis ipsorum institutum, eventus comprobavit. Amissis externis, interna infinitis seditionibus conturbantur. Divina despiciuntur. Venditur Christus, lana ovium tondetur, de custodia studium nullum. Omitto hic Hispaniam, Gallias,

lias, orientem cum occidente. Quantum pro palliis similibusque figmentis, ætate duorum principum Frederici et Maximiliani, una effudit Germania, si Roma, ut institutem est, in fiscum collegisset, vel Germania (veluti par erat) in unum contulisset, haberemus jam nervos reipublicæ abunde sufficientes bello Asiatico. Nec opus foret orbem jam fatigare Christianum et novis onerare (ne dicam exenterare) quotidie tributis, et excoriare pauperes. Provenit Pontifici ex sua terra vectigal, quantum nulli regum Christianorum, et tamen pallia emimus, et tamen asinos auro onustos Romam mittimus, patibula Christi erigimus, munera promittimus, aurum pro plumbo mutamus, negligentias (heu lapsus sum calamo) indulgentias passim admittimus. O avaritiam immensam carentem fundo, canum impurissimorum nescientium saturitatem, ut est apud prophetam Danielem. Certe emere pallia sanctum duco, modo id prosit aut pietati, aut valeat ad conservandam communem utilitatem. Sed cum utrunque horum tot sæculorum experientia refutet, et pallia tantum extiterint simulata instrumenta perditissimæ avaritiæ, surgat jam aliquis, atque justam causam dandi proferat in medium. Quî timeat Pontificis fulmen, probus Episcopus aliquis, concordia fratrum, puraque conscientia electus, sed respuens, multis modiis aureorum emere Romanum centonem? Non faciet puto. Non probat Paulus Apostolus, qui nos devorant, qui in faciem cædunt, qui nos in servitutem redigunt. Quandoquidem non christianam charitatem, sed meram *tyrannidem illi præ se ferunt.* Foris facto fure, in pellibus *ovium intus lupos* rapaces agunt. Mihi justus dolor est, ob *nefariam* avaritiam *totum* mundum sub umbra religionis polluentem. Quem enim locum, quantumvis obscurum illa *contagione non* contaminatum ostendas? Quæ resp. non multa amisit? Quis princeps jus avitum servat integrum? Quæ sacerdotum collegia non sunt contaminata? Quis pessimos mores (quorumque etiam nomen

nomen erat apud nostros majores abhorrendum) induxit in Germaniam: et quæ honeste nominari non possunt docuit? Qui fœdarunt hominum societates? Qui norunt egregie fallere, decipere, pejerare, testamenta supponere, divina et humana prophanare, miscere lites, quietos perturbare, denique cœlum cum terra confundere? Nonne e Romana Italicaque proluvie ista sentina sese in orbem terrarum effudit? Adeo ut ne saltus et sylvæ (ubi lustra ferarum tantum esse duxeris) hoc malo careant. Episcopos merito sacrosanctos esse dicimus; sed prodeant, quibus est illæsa sua autoritas, et hunc veluti bonum valde, et rarum merito suscipiemus. Non sunt longe petenda exempla. Sermoni meo fidem conciliant res vestræ. Ante omnes protectum esse oportuit Episcopum Bambergensem ab hac peste, ob ingentia dona in Italia Pontifici largita ab Henrico imperatore, quo domum suam contra Romanas invasiones obarmatam post mortem suam relinqueret. Verebatur vir providus id quod postea accidit. Latrocinari cœpit superstitio, sed nondum tanta erat in sæculo. Violatum jus est, ut servata fides sancto seni. Sed quid ego ista commemoro, quæ declamationis exempla superant? Ad institutum sermonem redeo. Turcam profligare vultis. Laudo propositum, sed vehementer vereor ne erretis in nomine. In Italia quærite, non in Asia. Contra Asiaticum quisque nostrorum regem pro finibus suis defendendis per se satis est. Ad alterum vero domandum, totus orbis Christianus non sufficit. Ille cum finitimis quoque tumultuans, nobis nondum nocuit. Hic ubique grassatur, et sanguinem miserorum sitit. Hunc Cerberum nullo modo sedare potestis, nisi aureo fluvio. Nihil armis, nihil exercitu opus est. Plus valebunt Decimæ quam equitum turmæ, et militum copiæ. Duplex mihi videtur via proposita, dum rem diligentius considero; una quæ jubente superstitione, aurum petit; altera quæ renuentibus Pontificis fulmen minatur. Utram vultis ingredimini. Sed O stul-

tam,

tam, et ſuperſtitioſam opinionem credentium cœleſte numen, omnia æquis oculis intuens, ad nutum Florentinorum flecti et reflecti, iraſci non danti, et rurſum largienti placari! Non eſt Chriſti vicarii fulmen contemnendum, ſed non ſemper ab illius jactu pertimeſcendum, præſertim cum res agitur pro humanis affectibus. Chriſti indignationem vereor, Florentinorumque non vereor. Jam vero Florentinorum negotium agitur, non Chriſti. Superiori æſtate ſumptu incredibili bellum geſtum eſt contra Franciſcum ducem Urbinatem, quo regno ejecto, ſed prius placato aurea gratia, Laurentius Medices in locum ſucceſſit. Ibi non ſatis providus fuit Julius. ii. quod non plus auri reliquit. Ergo inventa fuit quædam fraus nova. Quicunque plura dare potuerunt Cardinalium, hi inventi ſunt conſpiraſſe in necem Pontificis. Horum bona fiſco ſcribebantur. Subſecuta eſt diſcordia fratrum cordigerorum, quæ, quantum lucri attulerit rabulis Florentinis, rem pro voluntate in omnes partes flectentibus, quid attinet narrare? cum fidem ſuperet largitio mendicorum. Non libet narrare erectas cruces Salvatoris per cuncta oppida, ad menſuram dantis propitias. Prætereo ſcenam de æde Petri et riſus, et indignationis plenam. Templum domini, templum domini, templum domini clamat propheta, ſed non eſt templum domini. Laurentius ædificat, non Petrus. Lapides noctu migrant. Nihil hic fingo, principes Romani imperii, imo orbis totius, cuncti ſollicitantur pro æde Petri in qua duo tantum opifices operantur, et alter claudus, quod nuper in frequentia peregrinorum concitabatur tumultus artificum, currebatur, clamabatur, videbantur, ſculpti et picti angeli excipientes munera largientium, ferenteſque in ſublime. Ridere poteratis mecum commoti ob preſtigias aucupii, ſicut riſit olim venerabilis pater Cyprianus præ indignatione, viſo Chriſto pedibus et auribus aſininis depicto. Deflere libet fortunam ſæculi corruptiſſimi, ob ſupremam negligen-

tiam

tiam episcoporum, atque principum, permittentium populum suum ita nequiter decipi. Omnes illas artes invenit ſraus Florentina, et propediem neſandiores excogitabit. Animadvertite modo. Quisque modo dies novam pariet curam. Timetur ne corpus pontificis crassum immatura morte perturbet consilia. Fugato duce Urbinate, similem ſortunam minatur principi Ferrariensi. Quo pariter ejecto, regnum constituemus, et Regem Tusciæ salutabimus Laurentium Medicem, civem Florentinum. Sed quia ſortuna mutabilis est, et citius potest mori Leo decimus, quam ista optatum ſinem consequantur, et ſieri potest, ut Leonis successor discedere cogat Laurentium ex alienis regnis, ideo contra adversum eventum ducenda est uxor Laurentio in Gallia cujusdam potentis ducis filia, emendusque ibi principatus; parandum adversus ſortuitos casus, sicut decet sapientem virum duobus regnis proſugium. Facta est emptio, signatæ tabulæ, dati ſidejussores. Satis diu Medici ſuimus, Principum Regumque ſortuna ambienda est. Habetis jam breviter caput Decimarum, et insidias Turcæ, duce superstitione, in viscera vestra latrocinantis. Quamobrem resistite neſando conatui. Nolite assentiendo contaminari impietate. Quod rectum est, quod ratio suadet sequimini. Signatum est lumen vultus tui domine super nos. Illud errare nolentes non sinit. Mementote vos esse Germanos, hoc est, populum ante alios natura liberiorem, sicut hostes vestri de vobis scripserunt. Nolite alicui esse vectigales, ante omnes vero Florentinis. Proferant se in judicium nostri episcopi, indignum servitutis jugum a cervicibus suis abjicientes. Sed verentur omnes, mussitant quidem, quod dicere non didicerunt, alii metu ſulminis, nonnulli spe novi honoris. Unus omnium mihi venerabilis Laurentius sese erigit, qui sæpenumero gravem imbrem consilio, et prudentia sua a repub. Franconica amovit. Atque ideo corona aurea merito laureandus, Augustiore vero, si hanc quoque tempestatem removerit.

moverit. Ad quem honorem studium omne convertat alacriter divino monitu. Nos, qui ab eo sacerdotum collegio decorati sumus, audentius deprecari volumus. Oremus pro Pontifice nostro. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in manus inimicorum ejus. In manus inimicorum traditur quando audire contemnit eum qui dicit, Ego dominus amans judicium, et odio habens rapinam qui sit in sæcula sæculorum benedictus, Amen.

In comitiis imperii Ratisbonen. Francisco Cardinali Senen. legato, et Joanne Campano oratore, decima itidem petita fuit contra Turcas: Tum princeps quidam elector, bellicæ rei peritissimus, et in eadem non vulgariter fortunatus, qui paulo ante treis principes viros devicerat, ait, se sola Vicesima, et Turcas, et eos, qui decimam exigerent, ultra Herculeum fretum facile profligaturum.

Horum tu Carole meminisse memento.

Emprime en che paiis neuu trouve nome Utopya lan mille. ccccc. et xix. le quinzome jour Mars.

# N°. CLXXIX.

(*Vol.* iv. *p.* 5.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 162.

EPISTOLÆ DUÆ ACADEMIÆ WITTEMBERGENSIS.

*Magnifico et Generoso Viro,*

*Dn. Carolo de Miltitz, cubiculario secreto, et Nuncio Apostolico, Patrono nostro reverenter colendo.*

NON sine gravi animorum nostrorum dolore intelleximus, magnifice et generose Vir, Reverendum Patrem Martinum Lutherum Augustinianum, Sacræ Theologiæ et bonarum Artium Magistrum, Academiæ nostræ membrum præstantissimum, in tantam sanctæ Sedis Apostolicæ adductum invidiam, ut citatus Romam, multiplici sua oblatione fidei, pietatis et officii, Christiano homine digna, impetrare non potuerit hactenus, ut causa in Germania commissa Judicibus non suspectis, et locis tutis judicetur.

Sumus enim ita, cum erga totam Christianam religionem, tum erga sanctam Sedem Apostolicam et sanctam Romanam Ecclesiam affecti, ut si certum esset nobis, Doctorem Martinum lapsum, in tam fœdos et impios errores, primi omnium eum non solum permitteremus Legibus, sed etiam exigeremus ejiceremusque; tantum abest, ut favere velimus, a via veritatis evangelicæ erranti.

Verum experti multis ab hinc annis hominis eruditionem tam multijugam, quam pene singularem, moribus integerrimis et defæcatissimis conjunctam, eamque multis regioni-

bus

bus Christianæ fidei, nedum nobis cognitam, nostri muneris putamus, rogare pro pio Patre, tam præclare de nobis merito. Nisi enim talis esset, neque Christianissimo et illustrissimo Principi nostro, Domino Friderico, Duci Saxoniæ, S. Romani Imperii Electori et Archimarschallo, Academiæ nostræ conditori, Patrono et patri pientissimo, neque nobis in diem hodiernum fuisset tolerabilis.

Quapropter magnificentiam tuam etiam atque etiam vehementer rogamus, ut hominem pientissimum simul et eruditissimum, erga sanctissimum Dominum nostrum, D. Leonem X. Pontificem maximum, ita habeat commendatum, ut impetrare possit, quod sese obtulit facturum pro defensione sua. Nam cum te gratiosum sciamus apud pontificem summum, non dubitamus, te adjutore, te patrono, eo facilius consequuturum quod petimus, quo mitioris est ingenii Pontifex Maximus, optimis et literis et Præceptoribus a puero institutus.

Da igitur, quæsumus, hoc patriæ tuæ, ut Germanus Germano non desis, præsertim eo calamitatis genere laboranti, ut nobis persuadeamus, multo feliciorem futurum, si Pontifex. Maxim. integritatem, pietatem, eruditionem viri certe cognovisset. Scimus enim omnia facturum, quæ Christiano Theologo conveniunt, et nihil minus commissurum, quam ut in scirpo nodum quæsivisse insimulari possit ab æquo judice.

Quod si magnificentia tua nobis gratificabitur, habebit nos semper non minus sibi devotissimos, quam perpetuos tuarum laudum præcones. Valeat magnificentia tua felicissime. Datum Wittembergæ, XXV. Septemb. Anno M.D.XVIII.

*Rector, Magistri et Doctores Academiæ Wittembergensis.*

# Nº. CLXXX.

(*Vol.* iv. *p.* 6.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 182, 183.

LEO PAPA X. DILECTO FILIO DEGENHARDO PFEFFINGER, DILECTISSIMI FILII, NOBILIS VIRI FRIDERICI DUCIS SAXONIÆ, CONSILIARIO.

*Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.*

QUANTO affectu paternoque amore, sacratissimam auream Rosam, quotannis a Romanis Pontificibus quarta Dominica sacratissimæ Quadragesimæ consecrari magno mysterio, et alicui ex primoribus Christianorum Regi vel Principi dicari et mitti solitam, hoc anno dilecto filio, nobili Viro, Friderico Duci Saxoniæ, utpote suorum clarissimorum progenitorum, more, de nobis et sancta Apostolica Sede bene merito, utque posthac magis mereri possit, dicaverimus, ex dilecto filio Carolo Miltitz, Nuncio, cubiculario secreto, ac familiari nostro, et quædam quæ nos Sedisque prædictæ dignitatem authoritatemque respiciunt, Devotio tua plenius intelliget.

Scientes insuper, et merito quidem, quanta sit Devotionis tuæ apud eundem Ducem gratia, quantive ille, salubre et prudens consilium tuum, faciat, Devotionem ipsam tuam hortamur in domino, ac paterne requirimus, ut pro sua debita erga nos, eandemque Sedem devotione et observantia, recte considerans, quanto decore, quove munere eundem Ducem dignum duxerimus, considerans etiam quam detestabilis sit unius Satanæ filii Fratris Martini Lutheri nimia temeritas, quæ etiam et notissimam hæresin sapit, et tanti Ducis cla-

rum

rum nomen, claram etiam suorum Progenitorum famam denigrare potest, eodem Carolo Nuncio nostro audito, ea eidem Duci suo sano concilio persuadere velit, per quæ nostræ et dictæ Sedis dignitati, et ejusdem Ducis decori recte consulatur, et dicti Martini temeritas comprimatur, et error, heu nimium gravis, qui in populo plerunque nimium credulo ita seminatur, te uno potissimum rem juvante, teque bono consultore, tollatur.

In quo Devotio eadem tua, Deo Salvatori nostro, cujus causa agitur, rem acceptam, et nobis, qui nihil magis, quam zizaniam loliumque hujusmodi ex agro Domini extirpare posse studemus, gratissimam faciet, pro qua in suis etiam piis votis et desideriis Devotio eadem tua nos Sedemque prædictam magis sibi propitios inveniet atque benignos, prout ex eodem Carolo a nobis plene instructo eadem Devotio plenius intelliget. Datum civitatis veteris Viterbien. Diocœsis, sub annulo Piscatoris, Kalend. Januar. Anno M.D.XIX. Pontificatus nostri anno VII. Evangelista subscripsit.

---

LEO PAPA X. DILECTO FILIO GEORGIO SPALATINO, DILECTI FILII NOBILIS.

*Viri Dn. Friderici Ducis Secretario.*

*Tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Card. de Medi. S. R. E. Magnifico Domino Georgio Spalatino, Illustrissimi Saxoniæ Ducis Secretario, Amico nostro præcipuo.*

Magnifice Domine, amice noster præcipue. Cum Venerabilis Dominus Carolus de Miltitz, sanctissimi Domini nostri Cubicularius secretus, pro nonnullis ejus negociis, ad Illustrissimum Principem, Saxoniæ Ducem, se conferat, desiderantes

derantes sibi, quo possumus favore et auxilio adesse, visum est nobis Magnificentiam vestram, quæ plurimum apud ejus Excellentiam autoritate et gratia valet, enixe hortari ut non solum ejusdem Caroli rebus favere, sed eidem in nonnullis, honorem et dignitatem sanctissimi Domini nostri, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ concernentibus, quæ coram melius explicabit, fidem adhibere, et res ecclesiasticas præfato Principi commendare velit, per illius Excellentiam, prædecessorum suorum more fovendas et tuendas. In quo Magnificentia vestra sanctissimo Domino nostro et nobis plurimum satisfaciet, cui nos offerimus. Quæ bene valeat, ex Corneto.

## N°. CLXXXI.

(*Vol.* iv. *p.* 8.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 183, 184.

Beatissimo Patri Leoni X. Pontifici Maximo, F. Martinus Lutherus Augustinianus, Salutem Æternam.

BEATISSIME Pater, cogititerum necessitas, ut ego fæx hominum et pulvis terræ, ad beatitudinem tuam, tantamque Majestatem loquar. Quare paternas ac vere Christi vicarias aures huic oviculæ tuæ interim clementissime accommodare dignetur Beatitudo tua, et balatum meum hunc officiose intelligere.

Fuit apud nos honestus hic Vir Carolus Miltitius, Beatitudinis tuæ Secretarius Cubicularius, gravissime causatus, nomine Beatitudinis tuæ apud Illustrissimum Principem Fridericum, de mea in Romanam Ecclesiam et Beatitudinem tuam, et irreverentia et temeritate, expostulans satisfactionem. Ego ista

ista audiens, plurimum dolui, officiocissimum officium meum tam infelix esse, ut quod pro tuendo honore Ecclesiæ Romanæ susceperam, in irreverentiam, etiam apud ipsum verticem ejusdem Ecclesiæ, ac plenam omnis mali suspicionem, venerit.

Sed quid agam, Beatissime Pater? Desunt mihi consilia prorsus. Potestatem iræ tuæ ferre non possum, et quo modo eripiar, ignoro. Revocationem expostulor Disputationis, quæ si id posset præstare, quod per eam quæritur, sine mora ego præstarem eam. Nunc autem, cum resistentibus et prementibus adversariis, scripta mea latius vagentur quam unquam speraveram, simul profundius hæserint plurimorum animis, quam ut revocari possint; quin cum Germania nostra hodie mire floreat ingeniis, eruditione, judicio, si Romanam Ecclesiam volo honorare, id mihi quam maxime curandum video, ne quid ullo modo revocem; nam istud revocare nihil fieret, nisi Ecclesiam Romanam magis ac magis fœdare, et in ora omnium hominum accusandam tradere.

Illi, illi, heu! Beatissime Pater, hanc Ecclesiæ Romanæ intulerunt injuriam, et pene infamiam apud nos in Germania, quibus ego restiti, id est, qui insulsissimis suis sermonibus, sub nomine Beatitudinis tuæ non nisi teterrimam avaritiam coluerunt, et opprobrio Ægypti contaminatam et abominandam reddiderunt sanctificationem. Et quasi id non satisfieret malorum, me, qui tantis eorum monstris occurri, authorem suæ temeritatis apud Beatitudinem tuam inculpant.

Nunc Beatissime Pater, coram Deo et tota creatura sua testor, me neque voluisse, neque hodie velle, Ecclesiæ Romanæ ac Beatitudinis tuæ potestatem ullo modo tangere, aut quacunque versutia demoliri. Quin plenissime confiteor hujus Ecclesiæ potestatem esse super omnia, nec e præferendum quidquam sive in cœlo, sive in terra, præter unum

Jesum

Jesum Christum Dominum omnium. Nec Beatitudo tua ullis malis dolis credat, qui aliter de Luthero hoc machinantur.

Et quod unum in ista causa facere possum, promittam libentissime Beat. tuæ istam de Indulgentiis materiam me deinceps relicturum, penitusque taciturum (modo et adversarii mei suas vanas ampullas contineant) editurum denique in vulgus, quo intelligant et moveantur, ut Romanam Ecclesiam pure colant, et non illorum temeritatem huic imputent, neque meam asperitatem imitentur adversus Romanam Ecclesiam, qua ego usus sum, imo abusus et excessit adversus balatrones istos, si qua tandem gratia Dei, vel eo studio rursum sopiri queat excitata discordia. Nam unicum a me quæsitum est, ne avaritiæ alienæ fœditate pollueretur Ecclesia Romana, mater nostra, neve populi seducerentur in errorem, et charitatem discerent posthabere Indulgentiis. Cætera omnia, ut sunt neutralia, a me vilius æstimantur. Si autem et plura facere potero aut cognovero, sine dubio paratissimus ero.

Christus servet Beatitudinem tuam in æternum.
Ex Aldenburgo III. Martii, Anno M.D.XIX.

---

## N°. CLXXXII.

(*Vol.* iv. *p.* 14.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 385.

*Leoni X. Romano Pontifici Martinus Lutherus, Salutem in Christo Jesu Domino nostro, Amen.*

INTER monstra hujus sæculi, cum quibus mihi jam in tertium annum res et bellum est, cogor aliquando et ad te suspicere,

picere, tuique recordari, Leo Pater beatissime; immo cum tu solus mihi belli causa passim habearis, non possum unquam tui non meminisse. Et quamquam impiis adulatoribus tuis in me sine causa sævientibus, coactus fuerim a Sede tua ad futurum provocare Concilium, nihil veritus Pii et Julii tuorum prædecessorum vanissimas constitutiones, id ipsum stulta tyrannide prohibentium, non tamen unquam interim animum meum a tua Beatitudine sic alienavi, ut non totis viribus optima quæque tibi Sedique tuæ optarim, eademque sedulis, atque quantum in me fuit, gemebundis precibus apud Deum, quæsierim; atqui eos, qui me autoritatis et nominis tui majestate hactenus terrere conati sunt, pene contemnere ac triumphare cœpi. Unum superesse video, quod contemnere non possum, quæ causa fuit, ut denuo scriberem ad tuam Beatitudinem. Hæc est, quod accusari me et magno verti mihi vitio intelligo meam temeritatem, qua nec tuæ personæ pepercisse judicor.

Ego vero, ut rem aperte confitear, conscius mihi sum, ubicunque tuæ personæ meminisse oportuit, non nisi magnifica et optima de te dixisse. Si vero a me secus factum esset, ipsemet nullis modis probare possem, et illorum de me judicium omni calculo juvarem, nihilque libentius, quam palinodiam hujus temeritatis et impietatis meæ canerem. Appellavi te Danielem in Babylone; et innocentiam tuam insignem adversus contaminatorem tuum Silvestrum, quam egregio studio tutatus sim, quivis lector intelligit abunde. Scilicet, celebratior et augustior est in omni terrarum orbe, tot tantorum virorum literis cantata opinio et vitæ tuæ inculpata fama, quam ut a quovis vel maximi nominis possit quavis arte impeti. Non sum tam stultus, ut eum incessam, quem nullus non laudat; quin et mei studii fuit eritque semper, nec eos incessere, quos publica fama fœdat. Nullius enim delector crimine, qui et ipse mihi satis conscius sum magnæ trabis meæ in oculo

meo,

meo, nec primus esse queam, qui in adulteram lapidem mittat.

Communiter quidem in impias doctrinas invectus sum acriter, et adversarios, non ob malos mores, sed ob impietatem, non segniter momordi. Cujus me adeo non pœnitet, ut animum induxerim, contempto hominum judicio, in ea vehementia zeli perseverare, Christi exemplo, qui genimina viperarum, cœcos, hypocritas, filios diaboli suos adversarios pro zelo suo appellat. Et Paulus filium diaboli, plenum omni dolo et malitia Magum criminatur, canes, subdolos, cauponatores quosdam traducit. Ubi, si des molliculos istos auditores, nihil erit Paulo mordacius et immodestius. Quid mordacius Prophetis? Nostri sane sæculi aures ita delicatas reddidit adulatorum vesana multitudo, ut quam primum nostra non sentiamus probari, morderi nos clamemus; et cum veritatem alio titulo repellere nequeamus, mordacitatis; impatientiæ, immodestiæ prætextu fugimus. Quid proderit sal, si non mordeat? Quid os gladii si non cædat? Maledictus vir, qui facit opus Domini fraudulenter.

Quare optime Leo, his me literis rogo expurgatum admittas, tibique persuadeas, me nihil unquam de persona tua mali cogitasse. Deinde me talem esse, qui tibi optima velim contingere in æternum, neque mihi cum ullo homine de moribus, sed de solo verbo veritatis esse contentionem. In omnibus aliis cedam cuivis. Verbum deserere et negare nec possum nec volo. Qui aliud de me sentit, aut aliter mea hausit, non recte sentit, nec vera hausit.

Sedem autem tuam, quæ Curia Romana dicitur, quam neque tu, neque ullus hominum potest negare, corruptiorem esse quavis Babylone et Sodoma, et quantum ego capio, prorsus deploratæ, desperatæ atque conclamatæ impietatis, sane detestatus sum, indigneque tuli sub tuo nomine et prætextu

textu Romanæ Ecclesiæ, ludi Christi populum; atque ita restiti, resistamque dum spiritus fidei in me vixerit. Non quod ad impossibilia nitar, et sperem mea solius opera, tot repugnantibus furiis adulatorum, quidquam promoveri in ista Babylone confusissima. Sed quod debitorem me agnoscam Fratrum meorum, quibus consuli a me oportet, ut vel pauciores, vel mitius a Romanis pestibus perdantur. Neque enim aliud e Roma jam e multis annis in orbem inundat (quod non ignoras ipse) quam vastitas rerum, corporum, animarum, et omnium pessimarum rerum pessima exempla; luce enim hæc omnibus clariora sunt, et facta est e Romana Ecclesia, quondam omnium sanctissima, spelunca latronum licentiosissima, lupanar omnium impudentissimum, regnum peccati, mortis et inferni; ut ad malitiam quod accedat, jam cogitare non possit ne Antichristus quidem si venerit.

Interim tu Leo, sicut agnus in medio luporum sedes, sicut Daniel in medio Leonum et cum Ezechiele inter Scorpiones habitas. Quid his monstris unus opponas? Adde tibi eruditissimos et optimos Cardinales tres aut quatuor. Quid hi inter tantos? Ante veneno omnibus pereundum vobis, quam de remedio statuere præsumeretis. Actum est de Romana Curia; pervenit in eam ira Dei usque in finem. Concilia odit, reformari metuit, furorem impietatis suæ mitigare nequit, et implet matris suæ elogium, de qua dicitur: Curavimus Babylonem, et non est sanata, derelinquamus eam. Officii quidem tui Cardinaliumque tuorum fuerat, his malis mederi; sed ridet medicam ista podagra manum, et nec currus audit habenas. Hac affectione tactus dolui semper, optime Leo, his seculis te Pontificem factum, qui melioribus dignus eras. Non enim Romana Curia meretur te tuique similes, sed Satanam ipsum, qui et vere plus quam tu in Babylone ista regnat.

O utinam deposita ista, quam tibi gloriam esse jactant

hostes tui perditissimi, privato potius sacerdotiolo, aut hæreditate paterna victitares! Hac gloria gloriari non sunt digni, nisi Schariotides, filii perditionis. Quid enim facis in Curia, mi Leo, nisi quo quisque est sceleratior et execratior, eo felicius utatur tuo nomine et autoritate, ad perdendas hominum pecunias et animas, ad multiplicanda scelera, ad opprimendam fidem et veritatem, cum tota Ecclesia Dei. O revera infelicissime Leo, et periculosissimo sedens solio! Veritatem enim tibi dico, quia bona tibi volo. Si enim Bernhardus suo Eugenio compatitur, cum adhuc meliore spe Romana sedes, licet tum quoque corruptissima imperaret, quid nos non queramur, quibus in trecentis annis tantum accessit corruptionis et perditionis?

Nonne verum est, sub vasto isto cœlo nihil esse Romana Curia corruptius, pestilentius, odiosius? Incomparabiliter enim Turcarum vincit impietatem. Ut revera quæ olim erat janua cœli, nunc sit patens quoddam os inferni, et tale os, quod, urgente ira Dei obstrui non potest, uno tantum relicto miseris consilio, si queamus aliquot a Romano (ut dixi) isto hiatu revocare et servare.

Ecce mi Leo Pater, quo consilio, qua ratione in sedem istam pestilentiæ debacchatus sim. Tantum enim abest, ut in tuam personam sævirem, ut sperarem etiam gratiam initurum me, et pro tua salute staturum, si carcerem istum tuum, immo infernum tuum strenue et acriter pulsarem. Tibi enim tuæque saluti profuerit, et tecum multis aliis, quidquid in impiæ hujus Curiæ confusionem moliri potest omnium ingeniorum impetus. Tuum officium faciunt, qui huic male faciunt. Christum glorificant, qui eam omnibus modis execrantur. Breviter, Christiani sunt, qui Romani non sunt.

Sed ut amplius loquar, nec hoc ipsum unquam super cor meum ascendit, ut in Romanam Curiam inveherer, aut quidquam

quidquam de ea disputarem. Videns enim desperata omnia salutis remedia, contempsi, et dato repudii libello, dixi ad eam, "qui sordet, sordescat adhuc, et qui immundus est, "immundus sit adhuc," tradens me placidis et quietis sacrarum literarum studiis, quibus prodessem Fratribus circum me agentibus.

Hic cum nonnihil proficerem, aperuit oculos suos Satan et servum suum Johannem Eccium, insignem Christi adversarium, extimulavit indomita gloriæ libidine, ut me traheret in arenam insperatam, captans me in uno verbulo, de primatu Romanæ Ecclesiæ, mihi obiter elapso. Hic Thraso ille gloriosus, spumans et frendens jactabat, pro gloria Dei, pro honore sanctæ sedis Apostolicæ, omnia se ausurum, et de tua inflatus abutenda sibi potestate, nihil certius expectabat quam victoriam; non tam primatum Petri, quam suum principatum inter Theologos hujus sæculi, quærens; ad quem non parvum momentum habere ducebat, si Lutherum duceret in triumpho. Quod ubi Sophistæ infeliciter cessit, incredibilis furia hominem exagitat. Sentit enim sua culpa solius factum esse, quidquid Romanæ infamiæ per me natum est.

Atque sine me, quæso, optime Leo, hic et meam aliquando causam agere, verosque tuos hostes accusare. Notum esse arbitror tibi, quid mecum egerit Cardinalis S. Sixti Legatus tuus imprudens et infelix, imo infidelis. In cujus manu ob tui nominis reverentiam, cum me et omnia mea posuissem, non hoc egit, ut pacem statueret, quam uno verbulo potuisset facile statuere, cum ego tum promitterem silentium et finem causæ meæ facturum, si adversariis idem mandaretur. At homo gloriæ non contentus eo pacto, cœpit adversarios justificare, licentiam aperire, et mihi palinodiam mandare, id quod in mandatis prorsus non habuit. Hic sane, ubi causa in optimo loco erat, illius importuna

tyrannide

tyrannide venit in multo pejorem; unde quidquid post hæc secutum est, non Lutheri, sed Cajetani tota culpa est, qui ut silerem et quiescerem non est passus, quod tum summis viribus poscebam. Quid enim facere amplius debui?

Secutus est Carolus Miltitius, et ipse Beatitudinis tuæ nuntius, qui multo et vario negotio cursans et recursans, nihilque omittens, quod ad reparandum causæ statum, quem Cajetanus temere et superbe turbaverat, pertineret, vix tandem etiam auxilio illustrissimi Principis Friderici Electoris effecit, ut semel et iterum familiariter mecum loqueretur. Ubi denuo tuo nomini cessi, paratus silere, acceptans etiam judicem vel Archiepiscopum Treverensem, vel Episcopum Nuremburgensem. Atque ita factum et impetratum. Dum hæc spe bona aguntur, ecce alter et major hostis tuus, irruit Eccius cum Disputatione Lipsica, quam instituerat contra D. Carolostadium, et nova accepta de primatu Papæ quæstione, in me vertit insperata arma, et penitus hoc consilium pacis dissipat. Expectat interim Carolus Miltitius. Disputatur. Judices eliguntur, nec hic aliquid decernitur. Nec mirum; quando Eccii mendaciis, simulationibus, technis omnia ubique erant turbatissima, exulceratissima, confusissima, ut quocunque inclinasset sententia, majus esset exoriturum incendium; gloriam enim, non veritatem quærebat. Nihil etiam hic omisi, quod a me fieri oporteret.

Et fateor hac occasione non parum venisse ad lucem Romanarum corruptelarum, sed in qua, si quid peccatum est, Eccii culpa est, qui onus supra vires suscipiens, dum gloriam suam furiose captat, ignominiam Romanam in totum orbem revelat.

Hic est ille hostis tuus, mi Leo, seu potius Curiæ tuæ. Hujus unius exemplo discere possumus, non esse hostem adulatore

adulatore nocentiorem. Quid enim sua adulatione promovit, nisi malum, quod nullus Regum promovere potuisset? Fœtet enim hodie nomen Romanæ Curiæ in orbe, et languet papalis autoritas, famosa inscitia male audit; quorum nullum audiremus, si Eccius Caroli et meum de pace consilium non turbasset, id quod non obscure et ipse sentit, sero et frustra indignatus in Libellorum meorum editionem. Hoc debebat tum cogitare, cum totus in gloriam, sicut hinniens emissarius, insaniret, neque alia quam sua in te, tuo tamen maximo periculo quæreret. Sperabat homo vanissimus me formidine nominis tui cessurum et taciturum (nam de ingenio et eruditione non credo, quod præsumpserit) Nunc cum nimio me confidere et sonare videat, sera pœnitentia temeritatis suæ, intelligit esse in cœlo, qui superbis resistat, et præsumentes humiliet, si tamen intelligit.

Nihil itaque hac Disputatione promoventibus nobis nisi majorem confusionem Romanæ causæ, jam tertio Carolus Miltitius Patres ordinis Capitulo congregatos adit, consilium petit componendæ causæ, quæ jam disturbatissima et periculosissima esset. Mittuntur hinc ad me, cum viribus in me (Deo propitio) non sit spes grassandi, aliquot celebriores ex illis, qui petunt, ut altem T. B. personam honorem, et literis humilitatis excusem innocentiam et tuam et meam; esse adhuc rem non in extremo desperationis loco, si Leo X. pro sua innata bonitate manum admoveret. Hic ego, qui semper pacem et obtuli et optavi, ut placidioribus et utilioribus studiis inservirem, cum et in hoc ipsum tanto spiritu sim tumultuatus, ut eos, quos mihi longissime impares esse videbam, magnitudine et impetu, tam verborum quam animi compescerem, non modo libens cessi, sed et cum gaudio et gratitudine acceptavi, ut gravissimum beneficium, si dignum fuerit spei nostræ satisfacere.

Ita venio, Beatissime Pater, et adhuc prostratus rogo,

si

fieri potest, manum apponas, et adulatoribus istis, pacis hostibus, dum pacem simulant, frenum injicias. Porro palinodiam ut canam, beatissime Pater, non est quod ullus præsumat, nisi malit adhuc majore turbine causam involvere. Deinde leges interpretandi verbi Dei non patior, cum oporteat verbum Dei esse non alligatum, quod libertatem docet omnium aliorum. His duobus salvis, nihil est, quod non facere et pati possim, ac libentissime velim; contentiones odi, neminem provocabo, sed provocari rursus nolo; provocatus autem, Christo magistro, elinguis non ero. Poterit enim tua Beatitudo brevi et facili verbo contentionibus istis ad se vocatis et extinctis silentium et pacem utrinque mandare, id quod semper audire desideravi.

Proinde, mi Pater Leo, cave Syrenas istos audias, qui te non purum hominem, sed mixtum Deum faciunt, ut quævis mandare et exigere possis. Non fiet ita, nec prævalebis. Servus servorum es, et præ omnibus hominibus miserrimo et periculosissimo loco. Non te fallant, qui te Dominum mundi fingunt, qui sine tua authoritate nullum Christianum esse sinunt, qui te in cœlum, infernum, purgatorium posse aliquid garriunt. Hostes hi tui sunt et animam tuam ad perdendum, quærunt, sicut Esaias dicit: "Popule meus, qui te beatum prædicant, ipsi te decipiunt." Errant, qui te supra Concilium et universalem Ecclesiam evehant. Errant, qui tibi soli Scripturæ interpretandæ jus tribuunt; suas enim hi omnes impietates sub tuo nomine statuere in Ecclesia quærunt, et proh dolor, multum per eos Satan profecit in tuis prædecessoribus.

Summa, nullis crede, qui te exaltant, sed qui te humiliant. Hoc enim est judicium Dei: Deposuit potentes de sede, exaltavit humiles. Vide quam dispar sit Christus

suis

suis Successoribus, cum tamen omnes velint ejus esse Vicarii, et metuo, ne revera plurimi eorum sint, et nimium serio Vicarii ejus. Vicarius enim absentis principis est. Quod si Pontifex, absente Christo et non inhabitante in corde ejus, præsit, quid aliud quam Vicarius Christi est? At quid tum illa Ecclesia nisi multitudo sine Christo est? Quid vero talis Vicarius nisi Antichristus et idolum est? Quanto rectius Apostoli, qui se servos Christi appellant præsentis, non Vicarios absentis.

Impudens forte sum, tantum verticem visus docere, a quo doceri omnes oportet, et sicut jactant pestilentiæ tuæ, a quo judicantium Throni accipiunt sententiam. Sed æmulor S. Bernardum in libello de Consid. ad Eugenium, omni Pontifici memoriter noscendo. Neque enim docendi studio, sed puræ fidelisque sollicitudinis officio hoc facio, quæ cogit nos etiam omnia tuta vereri proximis nostris, nec patitur rationem dignitatis aut indignitatis haberi, solis periculis et commodis alienis intenta. Cum enim sciam, tuam Beatitudinem versari et fluctuari Romæ, id est, medio mari infinitis periculis undique urgente, et ea te miseriæ conditione laborantem, ut etiam cujusque minimi fratris minima ope indigeas, non videor mihi absurdus, si interim majestatis tuæ obliviscar, dum officium charitatis implevero. Nolo adulari in re tam seria et periculosa, in qua si amicus esse et plus quam subjectissimus tibi non intelligar est qui intelligat, et judicet.

In fine ne vacuus advenerim, Beatissime Pater, mecum affero Tractatulum hunc sub tuo nomine editum, velut auspicio pacis componendæ, et bonæ spei; in quo gustare possis, quibusnam studiis ego malim et possim fructuosius occupari, si per impios adulatores tuos liceret, et hactenus licuisset. Parva res est, si corpus spectes, sed summa, ni fallor, vitæ Christianæ compendio congesta, si sententiam captes. Neque

que habeo pauper aliud, quo gratificer, nec tu alio eges, quam spirituali dono augeri. Quo et meipsum Paternitati et Beatitudini tuæ commendo, quam Dominus Jesus servet in perpetuum, Amen.

*Wittembergæ*, M.D.XX. 6 *Aprilis.*

---

# No. CLXXXIII.

(*Vol.* iv. *p.* 28.)

*Lutheri op. tom.* i. *p.* 423.

Bulla Leonis X. contra errores Martini Lutheri et Sequacium.

Leo Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Exurge Domine, et judica causam tuam, memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipientibus fiunt tota die. Inclina aurem tuam ad preces nostras, quoniam surrexerunt vulpes quærentes demoliri vineam, cujus tu torcular calcasti solus, et ascensurus ad Patrem, ejus curam, regimen et administrationem Petro tanquam Capiti, et tuo Vicario, ejusque successoribus, instar triumphantis Ecclesiæ commisisti; exterminare nititur eam aper de silva, et singularis ferus depascitur eam.

Exurge Petre, et pro pastorali cura præfata (ut præfertur) tibi divinitus demandata, intende in causam sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris omnium Ecclesiarum, ac fidei Magistræ; quam tu, jubente Deo, tuo sanguine consecrasti. Contra quam, sicut tu præmonere dignatus es, insurgunt Magistri mendaces, introducentes sectas perditionis sibi celerem interitum superducentes, quorum lingua ignis est, inquietum malum,

malum, plena veneno mortifero, qui zelum amarum habentes, et contentiones in cordibus suis, gloriantur, et mendaces sunt adversus veritatem.

Exurge tu quoque, quæsumus Paule, qui eam tua doctrina, ac pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Jam enim surgit novus Porphyrius, qui sicut ille olim sanctos Apostolos injuste momordit, ita hic sanctos Pontifices Prædecessores nostros, contra tuam doctrinam eos non obsecrando, sed increpando mordere, lacerare, ac ubi causæ suæ diffidit, ad convicia accedere non veretur, more hæreticorum, quorum (ut inquit Hieronymus) ultimum præsidium est, ut, cum conspiciant causas suas damnatum iri, incipiant virus serpentis lingua diffundere, et cum se victos conspiciant, ad contumelias prosilire. Nam licet hæreses esse ad exercitationem fidelium, tu dixeris oportere, eas tamen ne incrementum accipiant, neve vulpeculæ coalescant, in ipso ortu, te intercedente et adjuvante, extingui necesse est.

Exurgat denique omnis Sanctorum, ac reliqua universalis Ecclesia, cujus vera sacrarum literarum interpretatione posthabita, quidam, quorum mentem pater mendacii excœcavit, ex veteri hæreticorum instituto, apud semetipsos sapientes, scripturas easdem aliter, quam Spiritus sanctus flagitet, proprio duntaxat sensu, ambitionis auræque popularis causa (teste Apostolo) interpretantur, imo vero torquent, et adulterant. Ita ut juxta Hieronymum, jam non sit Evangelium Christi, sed hominis aut quod pejus est, Diaboli. Exurgat, inquam, præfata sancta Ecclesia Dei, et una cum beatissimis Apostolis præfatis apud Deum omnipotentem intercedat, ut purgatis ovium suarum erroribus, eliminatisque a Fidelium finibus hæresibus universis, Ecclesiæ suæ sanctæ pacem et unitatem conservare dignetur.

Dudum siquidem, quod præ animi angustia et mœrore

 exprimere

exprimere vix possumus, fide dignorum relatu ac fama publica referente ad nostrum pervenit auditum, immo vero, proh dolor, oculis nostris vidimus, ac legimus, multos ac varios errores, quosdam videlicet jam per Concilia, ac Prædecessorum nostrorum constitutiones damnatos, hæresim etiam Græcorum et Bohemicam expresse continentes, alios vero respective vel hæreticos, vel falsos, vel scandalosos, vel piarum aurium offensivos, vel simplicium mentium seductivos a falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatem, mundi gloriam cupientes, contra Apostoli doctrinam, plus sapere volunt quam oporteat, quorum garrulitas (ut inquit Hieronymus) sine Scripturarum autoritate non haberet fidem, nisi viderentur perversam doctrinam, etiam divinis testimoniis, male tamen interpretatis, roborare, a quorum oculis Dei timor recessit, humani generis hoste suggerente, noviter suscitatos, et nuper apud quosdam leviores in inclyta natione Germanica seminatos.

Quod eo magis dolemus ibi evenisse, quod eandem nationem et nos et Prædecessores nostri in visceribus semper gesserimus charitatis; nam post translatum ex Græcis a Rom. Ecclesia in eosdem Germanos Imperium, iidem Prædecessores nostri et nos, ejusdem Ecclesiæ advocatos defensoresque ex eis semper accepimus. Quos quidem Germanos, catholicæ veritatis vere germanos, constat hæresium acerrimos oppugnatores semper fuisse. Cujus rei testes sunt laudibiles illæ constitutiones Germanorum Imperatorum pro libertate Ecclesiæ, proque expellendis exterminandisque ex omni Germania hæreticis, sub gravissimis pœnis, etiam amissionis terrarum et dominiorum, contra receptatores, vel non expellentes, olim editæ, et a nostris Prædecessoribus confirmatæ; quæ si hodie servarentur, et nos et ipsi utique hac molestia careremus.

Testis est in Concilio Constantiensi Hussitarum ac Wiclevistarum,

vistarum, nec non Hieronymi Pragensis damnata ac punita perfidia. Testis est toties contra Bohemos Germanorum sanguis effusus. Testis denique est prædictorum errorum, seu multorum ex eis, per Coloniensem et Lovaniensem Universitates, utpote agri dominici piissimas, religiosissimasque cultrices, non minus docta quam vera ac sancta confutatio, reprobatio, et damnatio. Multa quoque alia allegare possemus, quæ, ne historiam texere videamur, præmittenda censuimus.

Pro pastoralis igitur officii divina gratia nobis injuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum virus pestiferum ulterius tolerare, seu dissimulare, sine Christianæ religionis nota, atque orthodoxæ fidei injuria, nullo modo possumus. Eorum autem errorum aliquos præsentibus duximus inserendos, quorum tenor sequitur et est talis.

Hæretica sententia est, sed usitata. Sacramenta novæ legis justificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obicem.

In puero post Baptismum negare remanens peccatum, est Paulum et Christum simul conculcare.

Fomes peccati, etiamsi nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingressu cœli.

Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere pœnam purgatorii, et impedit introitum regni.

Tres esse partes pœnitentiæ, Contritionem, Confessionem et Satisfactionem, non est fundatum in Scriptura, nec in antiquis sanctis Christianis Doctoribus.

Contritio

Contritio quæ paratur per discussionem, collectionem et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis ac æternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio facit hypocritam, imo magis peccatorem.

Verissimum est Proverbium, et omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius, de cætero non facere summa pœnitentia, optima pœnitentia, nova vita.

Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Unde in primitiva Ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur.

Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente Sacerdote credat sibi remitti; imo peccatum maneret, nisi remissum crederet, non enim sufficit remissio peccati, et gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

Nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi: Quodcunque solveris, &c. Hic, inquam, confide si Sacerdotis obtinueris absolutionem, et crede fortiter te absolutum et absolutus es, quidquid sit de contritione.

Si per impossibile confessus non esset contritus, aut Sacerdos non serio, sed joco absolveret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.

In

In Sacramento pœnitentiæ, ac remiſsione culpæ, non plus facit Papa vel Episcopus, quam inſimus Sacerdos, immo ubi non est Sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiamsi mulier aut puer esset.

Nullus debet Sacerdoti respondere, se esse contritum, nec Sacerdos requirere.

Magnus est error eorum, qui ad Sacramentum Eucharistiæ accedunt huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicujus peccati mortalis, quod præmiserint orationes suas et præparatoria; omnes illi ad judicium sibi manducant et bibunt. Sed si credant et confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros et dignos.

Consultum videtur, quod Ecclesia in communi Concilio statueret, Laicos sub utraque specie communicandos, nec Bohemi communicantes sub utraque specie sunt hæretici, sed schismatici.

Thesauri Ecclesiæ, unde Papa dat Indulgentias, non sunt merita Christi et Sanctorum.

Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium, et remissiones bonorum operum, et sunt de numero eorum quæ licent, et non de numero eorum quæ expediunt.

Indulgentiæ iis, qui veraciter eas consequuntur, non valent ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud divinam justitiam.

Seducuntur credentes, Indulgentias esse salutares, et ad fructum Spiritus utiles.

Indulgentiæ

Indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus, et proprie concedunt duris solummodo et impatientibus.

Sex generibus hominum Indulgentiæ nec sunt necessariæ, nec utiles, videlicet, mortuis seu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt, sed non publica, his qui meliora operantur.

Excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiæ orationib.

Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem, quam timere.

Romanus Pontifex, Petri Successor, non est Christi Vicarius super omnes totius mundi Ecclesias, ab ipso Christo in B. Petro institutus.

Verbum Christi ad Petrum; Quodcunque solveris super terram, &c. extenditur duntaxat ad ligata ab ipso Petro.

Certum est, in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, imo nec leges morum, seu bonorum operum.

Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret, adhuc non est peccatum aut hæresis contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium universale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta est enarrandi autoritatem Conciliorum,

et

et libere contradicendi eorum gestis, et judicandi eorum decreta, et confidenter confitendi quidquid verum videtur, sive probatum fuerit, sive reprobatum a quocunque Concilio.

Aliqui articuli Johannis Hus, condemnati in Concilio Constantiensi sunt Christianissimi, verissimi, et Evangelici, quos nec universalis Ecclesia posset damnare.

In omni opere bono justus peccat.

Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

Hereticos comburi, est contra voluntatem Spiritus.

Prœliari adversus Turcas, et repugnare Deo visitanti iniquitates nostras.

Nemo est certus, se non semper peccare mortaliter, propter occultissimum superbiæ vitium.

Liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo, et dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

Purgatorium non potest probari ex sacra Scriptura quæ sit in Canone.

Animæ in Purgatorio non sunt securæ de eorum salute, saltem omnes, nec probatum est, ullis aut rationibus aut Scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut augendæ charitatis.

Animæ in Purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem, et horrent pœnas.

Animæ

Animæ ex Purgatorio liberatæ suffragiis viventium, minus beantur, quam si per se satisfecissent.

Prælati ecclesiastici et Principes seculares non malefacerent, si omnes saccos mendicitatis delerent.

Qui quidem errores respective quam sint pestiferi, quam perniciosi, quam scandalosi, quam piarum et simplicium mentium seductivi, quam denique sint contra omnem charitatem ac S. Romanæ Ecclesiæ Matris omnium fidelium et magistræ fidei reverentiam, atque nervum ecclesiasticæ disciplinæ, obedientiam scilicet, quæ fons est et origo omnium virtutum, sine qua facile unusquisque infidelis esse convincitur, nemo sanæ mentis ignorat.

Nos igitur in præmissis, utpote gravissimis, propensius (ut decet) procedere, nec non hujusmodi pesti, morboque canceroso, ne in agro dominico tanquam vepres nocivus, ulterius serpat, viam præcludere cupientes habita super prædictis erroribus et eorum singulis diligenti trutinatione, discussione, ac districto examine, maturaque deliberatione, omnibusque rite pensatis ac sæpius ventilatis cum venerabilibus Fratribus nostris, sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, ac Regularium ordinum Prioribus seu Ministris generalibus, pluribusque aliis sacræ Theologiæ, nec non utriusque Juris Professoribus, sive Magistris, et quidem peritissimis, reperimus eosdem errores respective (ut præfertur) aut articulos non esse catholicos, nec tanquam tales esse dogmatizandos, sed contra catholicæ Ecclesiæ doctrinam, sive traditionem, tanquam adeo veram divinarum Scripturarum receptam interpretationem, cujus authoritati ita acquiescendum censuit Augustinus, ut dixerit, se Evangelio non fuisse crediturum, nisi Ecclesiæ catholicæ intervenisset autoritas. Nam ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo, vel aliquibus palam sequitur, eandem Ecclesiam quæ Spiritu sancto regitur, errare et semper errasse. Quod est utique contra illud quod Christus

Christus discipulis suis in ascensione sua (ut in sancto Evangelio Matth. legitur) promisit dicens: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Nec non contra sanctorum Patrum determinationes, Conciliorum quoque et summorum Pontificum expressas ordinationes seu Canones, quibus non obtemperasse, omnium hæresium et schismatum, teste Cypriano, fomes et causa semper fuit.

De eorundem itaque venerabilium Fratrum nostrorum consilio et assensu, ac omnium et singulorum prædictorum matura deliberatione, prædicta autoritate omnipotentis Dei, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et nostra, præfatos et singulos articulos seu errores tanquam (ut præmittitur) respective hæreticos aut scandalosos, aut falsos, aut piarum aurium offensivos, vel simplicium mentium seductivos et veritati catholicæ obviantes, damnamus, reprobamus, atque omnino rejicimus, ac pro damnatis, reprobatis et rejectis ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus haberi debere, harum serie decernimus et declaramus. Inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub majoris excommunicationis, talæ sententiæ, nec non quoad Ecclesiasticas et regulares personas, Episcopalium omnium, etiam Patriarchalium, Metropolitanorum, et aliarum cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum quoque et prioratuum, etiam Conventualium et quorumcunque dignitatum, aut beneficiorum Ecclesiasticorum, secularium, aut quorumvis ordinum regularium, privationis et inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda.

Quo vero ad conventus, Capitula seu domos aut pia loca, secularium, vel regularium, etiam mendicantium, nec non Universitatis etiam studiorum generalium, quorumcumque privilegiorum indultorum a Sede Apostolica vel ejus Legatis, aut alias quomodolibet habitorum vel obtentorum, cujuscunque tenoris exiſtant; nec non nominis et

potestatis

potestatis studium generale tenendi, legendi, ac interpretandi quasvis scientias et facultates et inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda; prædicationis quoque officii ac amissionis studii generalis et omnium privilegiorum ejusdem.

Quo vero ad seculares ejusdem excommunicationis, nec non amissionis cujuscunque emphiteosis, seu quorumcunque Feudorum, tam a Romana Ecclesia, quam alias quomodolibet obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda.

Nec non quoad omnes et singulos superius nominatos, inhibitiones ecclesiasticæ sepulturæ, inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos, infamiæ, ac diffidationis, et criminis læsæ Majestatis, et hæreticorum et fautorum eorundem in jure expressis pœnis, eo ipso et absque ulteriori declaratione, per omnes et singulos supradictos, si (quod absit) contra fecerint, incurrendis. A quibus vigore quibuscunque facultatis et clausularum etiam in confessionalibus quibusvis personis, sub quibusvis verborum formis contentarum, nisi a Rom. Pontifice vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti absolvi nequeant.

Omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus tam Laicis quam Clericis, secularibus, et quorumvis ordinum regularibus et aliis quibuscunque personis, cujuscunque status, gradus vel conditionis existant, et quacunque Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate; etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis Patriarchalium, Metropolitanorum et aliarum cathedralium, collegiatarum, ac inferiorum Ecclesiarum Prælatis, Clericis, aliisque personis ecclesiasticis, secularibus, et quorumvis ordinum, etiam Mendicantium, Regularibus, Abbatibus, Prioribus, vel Ministris generalibus

generalibus vel particularibus Fratribus, seu Religiosis, exemptis et non exemptis Studiorum quoque Universitatibus, secularibus et quorumvis ordinum etiam medicantium Regularibus.

Nec non Regibus, Imperatoribus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Conductoribus, Domicellis, omnibusque Officialibus, Judicibus, Notariis ecclesiasticis et secularibus, Communitatibus, Universitatibus, Potentatibus, Civitatibus, castris, terris et locis, seu eorum vel earum civibus, habitatoribus et incolis, ac quibusvis aliis personis, ecclesiasticis, vel regularibus (ut præfertur) per universum orbem ubicunque, præsertim in Alemania existentibus, vel pro tempore futuris, ne præfatos errores, aut eorum aliquos, perversamque doctrinam hujusmodi asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet, publice vel occulte, quovis quæsito ingenio vel colore tacite vel expresse favere præsumant.

Insuper, quia errores præfati, et plures alii continentur in Libellis seu Scriptis cujusdam Martini Lutheri, dictos Libellos, et omnia dicti Lutheri Scripta, seu Prædicationes, in latino, vel quocunque alio idiomate reperiuntur, in quibus dicti errores, seu eorum aliquis continentur, similiter damnamus, reprobamus, atque omnino rejicimus, et pro omnino damnatis, reprobatis ac rejectis (ut præfertur) haberi volumus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœnis prædictis eo ipso incurrendis, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus superius nominatis, ne hujusmodi Scripta, Libellos, Prædicationes seu schedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continentia legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare sive defendere, per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte,

occulte, aut in domibus suis, sive aliis, publicis vel privatis locis tenere quoquo modo præsumant, Quinimo illa statim post harum publicationem ubicunque fuerint, per Ordinarios et alios supradictos diligenter quæsita, publice et solenniter, in præsentia Cleri et populi, sub omnibus et singulis supradictis pœnis comburant.

Quod vero ad ipsum Lutherum attinet, bone Deus, quid prætermisimus, quod non fecimus, quid paternæ charitatis omisimus, ut eum ab hujusmodi erroribus revocaremus? Postquam enim ipsum citavimus, mitius cum eo procedere volentes, illum invitavimus, atque tam per diversos tractatus, cum Legato nostro habitos, quam per literas nostras hortati fuimus, ut e prædictis erroribus discederet, aut ad nos, oblato etiam salvo conductu, et pecunia ad iter necessaria, sine metu, sine timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, veniret, ac Salvatoris nostri, Apostolique Pauli exemplo, non in occulto, sed palam, et in facie loqueretur. Quod si fecisset, pro certo (ut arbitramur) ad cor reversus, errores suos cognovisset, nec in Romana curia, quam tantopere vanis malevolorum rumoribus plusquam oportuit tribuendo vituperat, tot reperisset errata, docuissemusque eum, luce clarius, sanctos Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, quos præter omnem modestiam injuriose lacerat, in suis Canonibus seu Constitutionibus quas mordere nititur, nunquam errasse. Quia juxta Prophetam, nec in Galaad resina, nec medicus deest.

Sed ob audivit semper, et prædicta Citatione, omnibusque et singulis supradictis spretis, venire contempsit, ac usque in præsentem diem contumax, atque animo indurato censuras ultra annum sustinuit. Et quod deterius est, addens mala malis, de Citatione hujusmodi noticiam habens, in vocem temerariæ Appellationis prorupit ad futurum Concilium, contra constitutionem Pii II. ac Julii II. prædecessorum

rum nostrorum, qua cavetur, taliter appellantes hæretico-rum pœna plectendos, (frustra enim Concilii auxilium im-ploravit, qui illi se non credere palam profitetur) Ita ut contra ipsum, tanquam de fide notorie suspectum, imo vere hereticum, absque ulla Citatione, vel mora, ad condemna-tionem et damnationem ejus, tanquam hæretici, ac omnium et singularum suprascriptarum pœnarum et censurarum se-veritatem procedere possemus, Nihilominus de eorundem Fratrum nostrorum consilio, omnipotentis Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat, omnium injuriarum hactenus nobis et Apostolicæ Sedi illatarum obliti, omni qua possumus pieta-te uti decrevimus, et quantum in nobis est, agere, ut pro-posita mansuetudinis via, ad cor revertatur, et a prædictis recedat erroribus, ut ipsum, tanquam Filium illum pro-digum ad gremium Ecclesiæ revertentem benigne reci-piamus.

Ipsum igitur Lutherum, et quoscunque ei adhærentes, ejusque receptatores et fautores per viscera misericordiæ Dei nostri, et per aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quo, et per quem humani generis redemptio, et sanctæ matris Ecclesiæ ædificatio facta est, ex toto corde hortamur et obsecramus, ut ipsius Ecclesiæ pacem unita-tem et veritatem, pro qua ipse Salvator tam instanter ora-vit ad Patrem, turbare desistant, et a prædictis tam perni-ciosis erroribus prorsus abstineant, inventuri apud nos, si effectualiter paruerint, et paruisse per legitima documenta nos certificaverint, paternæ charitatis affectum, et apertum mansuetudinis et clementiæ fontem.

Inhibentes nihilominus eidem Luthero ex nunc, ut inte-rim ab omni prædicationis, seu prædicationis officio omnino desistat. Alioqui ut ipsum Lutherum, si forte justiciæ et virtutis amor a peccato non retrahat, indulgentiæque spes ad

pœnitentiam

pœnitentiam non reducat, pœnarum terror coerceat disciplinæ, eundem Lutherum, ejusque adhærentes, complice fautores et receptatores tenore præsentium requirimus, et monemus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub prædictis omnibus et singulis pœnis, eo ipso incurrendis; districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, et reliquos viginti dies pro tertio et peremptorio termino assignamus, ab affixione præsentium in locis infrascriptis, immediate sequentes numerandos, Ipse Lutherus, complices, fautores, adhærentes et receptatores prædicte a præfatis erroribus eorumque prædicatione ac publicatione et assertione, defensione quoque, et librorum seu Scripturarum ediditione, super eisdem, sive eorum aliquo, omnino desistant: librosque ac Scripturas omnes et singulas, præfatos errores, seu eorum aliquos quomodolibet continentes, comburant, vel comburi faciant. Ipse etiam Lutherus errores et assertiones hujusmodi omnino revocet, ac de Revocatione hujusmodi per publica documenta in forma juris valida, in manibus duorum Prælatorum consignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsummet (si ad nos venire voluerit, quod magis placeret) cum præfato plenissimo salvo conductu, quem ex nunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, ut de ejus vera obedientia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere.

Alias, si (quod absit) Lutherus præfatus, complices, fautores, adhærentes et receptatores prædicti secus egerint, seu præmissa omnia et singula infra terminum prædictum cum effectu non impleverint, Apostoli imitantes doctrinam, qui hæreticum hominem post primam et secundam correctionem vitandum docuit, exnunc prout extunc et e converso eundem Lutherum, complices, adhærentes, fautores et receptatores præfatos, et eorum quemlibet, tanquam aridos almites, in Christo non manentes, sed doctrinam contrariam,

riam, catholicæ fidei inimicam, sive scandalosam, seu damnatam, in non modicam offensam divinæ Majestatis ac universalis Ecclesiæ, et fidei catholicæ detrimentum, et scandalum dogmatizantes et prædicantes, claves quoque Ecclesiæ vilipendentes, notorios et pertinaces hæreticos eadem authoritate fuisse et esse declarantes, eosdem, ut tales harum serie condemnamus, et eos pro talibus haberi ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus supradictis volumus, et mandamus. Eosque omnes et singulos omnibus supradictis et aliis contra tales a jure inflictis pœnis præsentium tenore subjicimus, et eisdem irretitos fuisse et esse decernimus et declaramus.

Inhibemus præterea sub omnibus et singulis præmissis pœnis eo ipso incurrendis omnibus et singulis Christi fidelibus superius nominatis, ne Scripta etiam præfatos errores non continentia, ab eodem Luthero quomodolibet condita vel edita, aut condenda vel edenda, seu eorum aliqua, tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, atque ideo vehementer suspecta, et ut ejus memoria omnino deleatur de Christi fidelium consortio, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, sive defendere, per se, vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, seu in domibus suis, sive aliis locis publicis, vel privatis, tenere quoquo modo præsumant, quinimo illa comburant, ut præfertur.

Monemus insuper omnes et singulos Christi fideles supradictos sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna, ut hæreticos prædictos declaratos et condemnatos, mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum termini supradicti evitent, et quantum in eis est, evitari faciant, nec cum eisdem vel eorum aliquo commercium aut aliquam conversationem, seu communionem habeant nec eis necessaria ministrent.

Ad majorem præterea dicti Lutheri suorumque complicum, fautorum et adhærentium, ac receptatorum prædictorum

rum sic post lapsum termini prædicti declaratorum hæreticorum, et condemnatorum confusionem, universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, patriarchalium, metropolitan, et aliarum cathedralium, collegiatarum, ac inferiorum Ecclesiarum Prælatis, Capitulis, aliisque personis ecclesiasticis, secularibus, et quorum vis ordinum, etiam Mendicantium (præsertim ejus congregationis, cujus dictus Lutherus est professus, et in qua degere, vel morari dicitur) regularibus, exemptis, et non exemptis. Nec non universis et singulis Principibus, quacunque ecclesiastica vel mundana fulgentibus dignitate, Regibus, Imperatoribus, Electoribus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Conductoribus, Domicellis, Communitatibus, Universitatibus, Potentatibus, Civitatibus, Terris, Castris et Locis, seu eorum habitatoribus, civibus et incolis, omnibusque aliis et singulis supradictis per universum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis mandamus, quatenus sub prædictis omnibus et singulis pœnis, ipsi vel eorum quilibet præfatum Lutherum, complices, adhærentes, receptatores et fautores personaliter capiant, et captos ad nostram instantiam retineant, et ad nos mittant; reportaturi pro tam bono opere, a nobis et Sede Apostolica remunerationem præmiumque condignum, vel saltem eos, et eorum quemlibet de metropolitanis, cathedralibus, collegiatis et aliis Ecclesiis, domibus, monasteriis, conventibus, civitatibus, dominiis, universitatibus, communitatibus, castris, terris ac locis respective, tam clerici et regulares, quam laici omnes et singuli supradicti, omnino expellant.

Civitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortilitia, oppida et loca, quæcunque ubilibet consistentia, earum et eorum respective, Metropolitanos Cathedrales, Collegiatas et alias Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Domus, Conventus, et alia loca religiosa, vel pia, cujuscunque ordinis (ut præfertur) ad quæ præfatum Lutherum, vel aliquem ex

 prædictis

prædictis declinare contigerit, quam diu ibi permanserit, et triduo post recessum, ecclesiastico subjicimus interdicto.

Et ut præmissa omnibus innotescant, mandamus insuper universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, patriarchalium, metropolitanorum et aliarum cathedralium ac collegiatarum Ecclesiarum Prælatis, Capitulis, aliisque personis ecclesiasticis, secularibus et quorumvis ordinum supradictorum regularibus Fratribus, Religiosis, Monachis, exemptis et non exemptis supradictis ubilibet, præsertim in Alemania constitutis, quatenus ipsi, vel eorum quilibet sub similibus censuris, et pœnis eo ipso incurrendis, Lutherum, omnesque et singulos supradictos, qui elapso termino, hujusmodi mandatis seu monitis nostris non paruerint, in eorum Ecclesiis, dominicis et aliis festivis diebus, dum inibi major populi multitudo ad divina convenerit, declaratos hæreticos et condemnatos publice nuncient, faciantque, et mandent ab aliis nunciari, et ab omnibus arctius evitari. Nec non omnibus Christi fidelibus, ut eos evitent pari modo, sub prædictis censuris et pœnis. Et præsentes literas, vel earum transsumptum sub forma infrascripta factum in eorum Ecclesiis, monasteriis, domibus, conventibus, et aliis locis, legi, publicari, atque affigi faciant.

Excommunicamus quoque et anathematizamus omnes et singulos cujuscunque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, dignitatis, aut excellentiæ fuerint, qui, quo minus præsentes literæ vel earum transumpta, copiæ, seu exemplaria, in suis terris et dominiis legi, affigi et publicari possint, fecerint, vel quoquo modo procuraverint, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse.

Postremo, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, in quibus necessarium foret, Volumus

et Apostolica autoritate decernimus, quod earum transsumptis manu publici Notarii confectis et subscriptis, vel in alma urbe impressis, et sigillo alicujus ecclesiastici Prælati munitis, ubique stetur, et plena fides adhibeatur, prout originalibus literis staretur et adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Et ne præfatus Lutherus omnesque alii supradicti, quos præsentes literæ quomodolibet concernunt, ignorantiam earundem literarum, et in eis contentorum omnium et singulorum prætendere valeant, literas ipsas in Basilicæ principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non cathedralium Ecclesiarum Brandenburgen. et Misnen. et Mersburgen. valvis affigi et publicare deberi voluimus, Decernentes, quod earundem literarum publicatio sic facta, supradictum Lutherum, omnesque alios et singulos prænominatos, quos literæ hujusmodi quomodolibet concernunt, perinde arctent, ac si literæ ipsæ die affixionis et publicationis hujusmodi, eis personaliter lectæ et intimatæ forent. Quum non sit verisimile, quod ea, quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, seu supradictis omnibus et singulis, vel eorum alicubi, aut quibusvis aliis a Sede Apostolica prædicta, vel ab ea potestatem habentibus, sub quavis forma, etiam confessionalis, et cum quibusvis etiam fortissimis clausulis, aut ex quavis causa, seu grandi consideratione indultum, vel concessum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, id importantes de indulto hujusmodi mentionem, ejusdem indulti tenores, causas et formas, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, ita ut omnino tollatur, præsentibus pro expressis habentes.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, rejectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis, requisitionis, monitionis, assignationis, confessionis, condemnationis, subjectionis, excommunicationis, et anathematizationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M.D.XX. 17. Kalend. Julii, Pontificatus nostri anno octavo.

Visa; R. Milanesius.

ALBERGATUS.

---

## No. CLXXXIV.

(*Vol.* iv. *p.* 28.)

*Lutheri op. tom.* ii. *p.* 257.

LEO PAPA X. FRIDERICO SAXONIÆ DUCI, SACRI ROMANI IMPERII ELECTORI.

*Dilecte fili, Salutem et Apostolicam benedictionem.*

QUOD ad nos gravissimorum hominum testimoniis allatum est, Nobilitatem tuam pro sua præstanti prudentia, et in summum Deum ejusque fidem orthodoxam, pietate, nobilitate animi et generis Majorumque tuorum, quorum singularis, semper extitit in Christianam Rempublicam et hanc sanctam Sedem voluntas, infensos semper habuisse iniquitatis

filii

filii Martini Lutheri conatus, eique, nec auxilio, nec favori unquam fuisse, id fuit majorem in modum gratum, atque ita, ut eam quam de tua egregia virtute habuimus opinionem, et paternam nostram erga te benevolentiam, hæc eadem res vehementer auxerit. Nec vero possumus constituere, utrum hoc sapientius abs te, an religiosius judicemus esse factum. Fuit enim singularis sapientiæ, hominem furentem, nequaquam congrua suæ professioni, quæ humilitatem postulat, ambitione, veteres hæreses Vuik, Leyiensium, Hussitarum et Bohemorum, jam ab universali Ecclesia damnatas suscitantem, vulgi auram manifeste quærentem, ansas peccandi simplicibus animis, suis Scripturæ interpretationibus præbentem, vinculum continentiæ, et innocentiæ, potissimum Confessionem cordisque Contritionem prophanis vocibus evertentem, faventem Turcis, Hæreticorum pœnas deplorantem, denique omnia summa imis permiscere conantem, cognoscere, esse immissum, non illum quidem a Christo, sed a Satana, qui in tantum superbiæ atque amentiæ sit evectus, ut sit ausus palam et dicere et scribere, se neque sanctorum Doctorum scriptis, neque œcumenicorum Conciliorum decretis, nec Romanorum Pontificum institutis, sed sibi se uni et opinionibus suis fidem habere velle, Quod nemo certe unquam præsumpsit hæreticus.

Ergo tua Nobilitas sapientissime hujus pestilentis ac venenati hominis familiaritatem aspernata est, qui certe, quod potes existimare, nonnullam Domui vestræ nobilissimæ labem, maximam vero Germanicæ nationi adfert. Illud vero religioni tribuendum est, quod nunquam in quenquam tantorum errorum consensisti, et eis potius obstitisti. Nec per te occasio ulla data est, a vetere et diuturno per Spiritum sanctum tot seculis conservato ordine, fidei orthodoxæ deficere.

Quæ nos de te audita, et ut diximus, multorum testimoniis

niis cognita, non solum nobiscum, sed cum pluribus maximis ac gravissimis viris communicantes, tuamque nobilitatem dignis laudibus in Domino commendantes, eidem Domino gratias agentes, quod hominis scelerati et nefarii impiis conatibus tales quoque obices oppositos vellet. Quoniam nos eum quoque, cum diutius passi essemus, ea ratione moti quod ad pœnitentiam redire optabamus; postquam vero nec mansuetudo nostra, nec monita, quidquam proficerent, fuitque periculum, ne morbosa ovis aliquam partem gregis dominici corrumperet, necessario ad acriora remedia devenimus. Itaque [illegible] venerabilium Fratrum nostrorum, et aliorum in sacris Canonibus omniumque divina Scriptura peritissimorum virorum convocato Concilio, re multum agitata atque discussa, tandem præeunte Spiritu sancto, qui in hujusmodi causis huic sanctæ Sedi nunquam abfuit, Decretum fecimus, literis Apostolicis inscriptum, et plumbea Bulla insignitum, in quo ex innumerabilibus prope hujus hominis erroribus eos ex ordine perscribi jussimus, qui partim plane hæretici essent, fidemque rectam perverterent; partim laxatis apud simpliciores animos obedientiæ, continentiæ et humilitatis vinculis, ad omne scandalum et nefas invitarent. Nam quod plurimos ille idem felle injusti odii paratus, in hanc sanctam Sedem evomuit, eorum Dei sit, non nostra, judicatio.

Quarum literarum exempla in alma Urbe nostra impressa, ad Nobilitatem tuam misimus, ut illa, recognitis diligentius ministri Satanæ erroribus, eum sicut in eisdem *literis* pro Apostolica mansuetudine scriptum est, *Primum* hortari et monere, ut abjecto contumaciæ et superbiæ spiritu, ad sanitatem redire, Dei et nostram clementiam experiri, abnegatis palam detestandis opinionibus, velit. Sin autem perstiterit in amentia, tunc elapso termino, in eisdem literis contento, eum declaratum Hæreticum, quantum in tua est autoritate et potestate, capi, captumque ad nostram instantiam custodiri curet et studeat.

In

In quo Nobilitas tua præclaris initiis virtutis suæ eximiæ pares reddiderit exitus, nec mediocrem maculam a sua et familiæ et Germanicæ nationis claritate repulerit, haneque apud Deum et homines excelsam laudem promereberis, esse tuæ Nobilitatis opera ac pietate oriens incendium pravæ hæresis a splendore fidei orthodoxæ et cœtu fidelium summotum et extinctum.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Julii, Anno M.D.XX. Pontificatus nostri anno IIX.

---

## Nº. CLXXXV.

(*Vol.* iv. *p.* 29.)

*Lutheri op. tom.* ii. *p.* 256.

### Exemplum Responsionis Scriptæ a Duce Saxoniæ Electore Friderico,

*AD D. Valentinum a Deilleben, eo tempore Romæ agentem.*

QUOD scribitis, si forte accidat, ut hoc et alia nostra negotia apud sanctissimum Dominum Papam prægravata laborent, id omne, vestro judicio, attribuendum esse immodestiæ et temeritati Doctoris Martini Lutheri, quod, sicut vos loquimini, nescio quæ nova dogmata contra sanctitatem Pontificiam, et ipsam sanctam Sedem et Ecclesiam Romanam sparserit, et erga reverendissimos Dominos Cardinales non pro debita modestia et reverentia sese submiserit, et nos singillatim, quod publica fama adfirmet, illum a nobis ali, foveri et clementer haberi.

Ad hæc vobis breviter et bono studio respondemus, Nos doctrinam et scripta Doctoris Martini Lutheri nunquam conatos

natos esse nostra autoritate aut patrocinio tueri aut defendere, ac ne nunc quidem hoc conari; non enim nobis sumimus judicium pronuntiandi quid ille recte et jure, aut contra fecerit, et quæ pie ac Christiane, aut secus, ab eo doceantur.

Tametsi non dissimulandum duximus, quod nos audimus hujus Viri doctrinam, multorum eruditorum et intelligentium judicio piam et Christianam haberi et adprobari, quod tamen nos in medio relinquimus, et ut de illius doctrina non præjudicamus, ita suorum dogmatum defensionem ipsi Autori integram relinquimus; præsertim cum tota hæc causa ad legitimam cognitionem rejecta sit, cui sese ipse subjecit, sic, ut obtulerit se apud Pontificiæ sanctitatis Commissarium jam delectum, æquis conditionibus, videlicet imposita cautione de assecuratione seu fide publica, obedienter compariturum esse, ad reddendam rationem eorum, quæ docuit aut scripsit; addita etiam uberiore submissionis et obedientiæ oblatione, se, si de quovis suo dogmate aliud et rectius, ex verbo Dei edoctus, et veris testimoniis Scripturæ de errore convictus fuerit, ultro mutaturum sententiam et recantaturum esse, ut ex ipsa forma Protestationis seu oblationis ab ipso edita apparet.

Etsi autem non satis causæ erat, cur ad hunc modum se offerenti aliquid oneris præterea imponeretur, Nos tamen priusquam res ad has conditiones deduceretur, hoc etiam cum ipso Doctore Martino Luthero egimus ac effecimus, ut sua sponte ex nostra Ditione et Academia sese cessurum esse polliceretur. Et quidem jam cessisset, nisi ipse Nuntius Pontificiæ sanctitatis D. Carolus a Miltitz intercessisiet, multis precibus a nobis contendens, ne illum dimitteremus, metuens videlicet, ne se in ea loca conferret, ubi multo liberius et tutius scribere et agere posset quæ vellet, quam hactenus nostram et Scholæ nostræ autoritatem reveritus, fecerit. Quod ut caveretur, consultius visum fuit, eum a nobis retineri.

His

His et aliis pluribus de causis, judicamus nos ita omnibus purgatos esse debere, ut nemo merito vel de nobis male suspicandi causam habeat, multo minus suggillationibus et falsa criminatione nos prægravandi. Quare confidimus nostra negotia apud sanctitatem Pontificiam hoc nomine nihil odii aut impedimentorum habitura esse. Vere enim hoc adfirmare possumus, nec nobis quidquam tristius et acerbius accidere posse, quam nobis viventibus, et nostro patrocinio ubique perniciosos errores spargi et confirmari; ut hanc nostram mentem datis literis ad reverendissimum Dn. Cardinalem S. Georgii, Dominum et amicum nostrum copiosius exposuimus.

Vos tamen, ut tanquam cum Cive nostro, propter communem Patriæ conjunctionem, paulo liberius conferamus, etiam ea, quæ ex communibus sermonibus hominum intelligimus, nolumus celare. Adfirmant multi, Doctorem Martinum Lutherum, sicut et ipse dicitur scriptis et sermone palam fateri, non sua voluntate, sed invitum ad has controversias de Papatu descendisse, videlicet eo pertractum a Doctore Eccio, et sæpe provocatum ac lacessitum quorundam scriptis Romæ et aliunde in ipsum editis, coactum fuisse respondere, qui si quievissent, nunquam ista, quæ nunc disputantur, fuissent prolata, sed prorsus silentio sepulta jacerent.

Et cum nunc Germania floreat ingeniis, et multis doctrina et sapientia præstantibus viris, peritis linguarum et omnis generis literarum, cumque etiam nunc vulgo Laici sapere incipiant, et studio cognoscendæ Scripturæ teneantur, multi judicant valde metuendum esse, si neglectis æquissimis conditionibus a Doctore Luthero oblatis, sine legitima cognitione, tantum Ecclesiasticis censuris feriatur, ne hæ contentiones et certamina multo magis exasperentur, ut postea non ita facile ad otium et compositiones res deduci possit. Nam Lutheri doctrina, ita jam passim in plurimorum animis in

Germania

Germania et alibi infixa radices egit, ut si non veris ac firmis argumentis et perspicuis testimoniis Scripturæ revincatur, sed solo ecclesiasticæ potestatis terrore ad eum opprimendum procedatur, non videatur res sic abitura, quin in Germania acerrimas offensiones et horribiles ac exitiales tumultus excitatura sit, unde nec ad sanctissimum Dominum Pontificem, nec aliis quidquam utilitatis redire poterit. Hæc nos vobis bono studio, ut qui et Ecclesiam et Rempub. quam maxime salvam optamus, respondenda esse duximus, et vobis nostra officia clementer offerimus.

Datum Torgæ, Kalen. April. Anno M.D.XX.

---

## No. CLXXXVI.

(*Vol.* iv. *p.* 30.)

*Lutheri op. tom.* ii. *p.* 258.

APPELLATIO F. MART. LUTH.

*Jesus.*

NOTUM sit omnibus Christianis, quod ego Martinus Lutherus antea a Leone X. Papa legitime et juste appellavi ad futurum Concilium, iniquis ad hoc coactus gravaminibus ejusdem Leonis Papæ. Quæ vero hic sequuntur, sunt ejusdem Appellationis quædam appendix.

Postquam autem prædictus Leo X. in impia sua tyrannide induratus perseverat, et in tantum crescit, ut me quadam Bulla, ut fertur, neque vocatum, neque auditum, neque convictum in Libellis meis, damnarit; ad hæc Concilium Ecclesiasticum esse in rerum natura neget, fugiat et vituperet, tanquam infidelis et apostata, suamque tyrannidem illius potestati

tati impiissime præferat, jubeatque impudentissime, ut abnegem fidem Christi in Sacramentis percipiendis necessariam, atque ut nihil omittat, quod Antichristum referat, sacram Scripturam sibi subjiciat, et conculcet incredibili blasphemia, simque his intolerabilibus gravaminibus gravissime læsus. Ego prædictus Martinus omnibus et singulis in Domino notum facio, me adhuc niti et inhærere Appellationi factæ et prædictæ, eamque legitime coram Notario et fide dignis testibus innovavi, et his scriptis innovo, et innovatam pronuntio, et in virtute ejusdem adhuc persevero appellans et Apostolos petens jure et modo, quibus fieri potest et debet melioribus, coram vobis Domino Notario publico, et autentica persona, et his testibus ad futurum Concilium a prædicto Leone.

Primum tanquam ab iniquo, temerario, tyrannicoque Judice, in hoc, quod me non convictum nec ostensis causis aut informationibus, mera potestate judicat. Secundo, tanquam ab erroneo, indurato, per Scripturas sanctas damnato, Hæretico, et Apostata, in hoc, quod mihi mandat fidem catholicam in Sacramentis necessariam abnegare. Tertio, tanquam ab hoste, adversario, Antichristo, oppressore totius sacræ Scripturæ, in hoc, quod propriis, meris, nudisque verbis suis agit, contra verba divinæ Scripturæ sibi adducta. Quarto, tanquam a blasphemo, superbo contemptore sanctæ Ecclesiæ Dei, et legitimi Concilii, in hoc, quod præsumit et mentitur, Concilium nihil esse in rerum natura, quasi ignoret etiam, si non sit actu congregatum, tamen suo personas in Ecclesia non nihil in rerum natura, immo Dominos et Judices omnium, qui ad Concilium pertinent pro tempore congregandum. Neque enim ideo Imperium aut Senatus nihil est, quia Imperator cum Principibus aut Senatores non sunt congregati, quorum interest congregari, sicut hic insigniter et crasse delirat Leo cum suis Leunculis. Horum omnium rationem reddere paratus, offero me pro loco et tempore,

ad

ad comparendum et standum et audiendum, quis contradicat mihi.

Quocirca oro suppliciter, Serenissimum, illustrissimos, inclytos, generosos, nobiles, strenuos, prudentes viros et Dominos, Carolum Imperatorem, Electores Imperii, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Senatores, et quidquid est Christiani Magistratus totius Germaniæ, velint pro redimenda catholica veritate et gloria Dei pro fide et Ecclesia Christi, pro libertate et jure legitimi Concilii, mihi meæque Appellationi adhærere, Papæ incredibilem insaniam adversari, tyrannidi ejus impiissimæ resistere, aut saltem quiescere, et Bullæ ejusmodi executionem omittere et differre, donec legitime vocatus, per æquos judices, auditus, et Scripturis dignisque documentis convictus fuero. In quo sine dubio Christo rem facient, in die novissima, cumulatissima gratia remunerandam. Quod si qui hanc meam petitionem contemnentes, pergant, et Papæ impio homini plus quam Deo obediant, volo his Scriptis me excusatam coram omnibus et uniuscujusque conscientiam hac fideli fraternaque monitione requisitam, obstrictam, suoque onere gravatam habere, et judicio extremo Dei super eum locumdare; Dixi.

---

## N°. CLXXXVII.

(*Vol.* iv. *p.* 33.)

*From the Cottonian MSS. in the British Museum. Vitell. b.* 4. *p.* 111.

Pope's Sentence against Marten Luther, published at London.

THE xij daye of Maye in the yeare of our Lord 1521, and in the thirteenth yeare of the Reigne of our Soveraigne Lord Kinge

Kinge Henry the eighte of that Name, the Lord Thomas Wolsey, by the grace of God Legate de Latere, Cardinall of Sainct Cecely and Archbishop of Yorke, came unto Saint Paules Churche of London, with the most parte of the Byshops of the Realme, where he was received with procession, and sensid by Mr. Richard Pace, then beinge Deane of the said Church. After which ceremonies done, there were four Doctors that bare a canope of cloth of gold over him goinge to the Highe Alter, where he made his oblacion; which done, hee proceeded forth as abovesaid to the Crosse in Paules Church Yeard, where was ordeined a scaffold for the same cause, and he, sittinge under his cloth of estate which was ordeined for him, his two crosses on everie side of him; on his right hand sittinge on the place where hee set his feete, the Pope's Embassador, and nexte him the Archbishop of Canterbury; on his left hand the Emperor's Embassador, and next him the Byshop of Duresme, and all the other Byshops with other noble prelates sate on twoe formes outeright forthe, and then the Byshop of Rochester made a sermon, by the consentinge of the whole clergie of England, by the commandement of the Pope, against one Martinus Eleuthereus, and all his workes, because hee erred sore, and spake against the hollie faithe; and denounced them accursed which kept anie of his bookes, and there were manie burned in the said church yeard of his said bookes duringe the sermon, which ended, my Lord Cardinall went home to dinner with all the other prelates.

# No. CLXXXVIII.

(*Vol.* iv. *p.* 40.)

*Lutheri op. tom.* ii. *p.* 412.

CAROLUS V. DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR, SEMPER AUGUSTUS, &c. HONORABILI, NOSTRO DILECTO, DEVOTO, DOCTORI MARTINO LUTHERO, AUGUSTINIANI ORDINIS.

HONORABILIS, Dilecte Devote, Quoniam nos et sacri Imperii status, nunc hic congregati, proposuimus et conclusimus, propter doctrinam et libros, aliquandiu hactenus abs te editos, scrutinium de te sumere, Dedimus tibi ad veniendum huc, et iterum hinc ad tuam securam reditionem, nostram et Imperii liberam, *directam* securitatem et Conductum, *quem* tibi circa hæc mittimus.

Desiderantes, ut velis te statim accingere itineri, ita, ut infra XXI. dies in hujusmodi Conductu nostro nominatis omnibus modis hic apud nos sis, et non domi maneas, neque ullam vel violentiam vel injuriam timeas, Volumus enim te in præfato nostro Conductu firmiter manu tenere et nobis persuadere, te venturum. In hoc namque facies nostram severam sententiam. Datum Wormatiæ, Die VI. Martii, Anno Domini M.D.XXI. Regnorum nostrorum, &c.

## No. CLXXXIX.

(*Vol.* iv. *p.* 51.)

*Lettére di Principi. vol.* i. *p.* 92.

*Polizza di Carlo Quinto Imperatore a i Principi dell' Imperio ridotti in Vormatia.*

VOI sapete Signori, ch'io ho havuta l'origine mia da i Christianissimi Imperatori della natione Germana, da i Cattolici Re di Spagna, da gli Arciduchi d'Austria, et da i Duchi di Borgogna; i quali tutti insino da fanciulli, son stati sempre ubidientissimi alla sede Apostolica, et a'sommi Pontefici, et hanno fin'alla morte perseverato nella loro fideltà; et sono stati sempre difensori, et protettori della fede Catolica, delle cerimonie sante, de' santi Decreti, de' santi ordini, et buoni costumi, per l'honore di Dio, accrescimento della fede, et salute delle anime. Onde ancora che siano morti, ci hanno però per l'ordine della natura, et ragioni di heredità, lasciate queste sante constitutioni per osservarle di mano in mano; affine che seguendo i vestigi loro, et i loro essempi, venissimo poi a morte nella vera osservatione di quelle, come per la gratia di Dio, essendo noi veri imitatori de gli ottimi antichi nostri, habbiamo vissuto fin'a questo giorno, et pretendiamo di morire. A questo fine adunque mi sono fermato, et ho preso risolutione d'essere difensore, et far mantenere tutto quello, che i miei predecessori, et noi habbiamo fin qui osservato, et mandato in essecutione; ch'è quello stesso, ch'è stato concluso, et diffinito, non tanto nel sacro Concilio di Costanza, quanto ne gli altri ancora. Et perciochè gli è cosa manifesta, che un solo Frate ingannato della sua propria opinione, vuole mandar sottosopra, et abbagliare gli intelletti, et giuditii di tutta la Christianità, con levar via quelle cose, che già molti

et molti anni sono confermate da un lungo uso: però se la sua opinione fosse vera, ci farebbe facilmente credere, che fin'a questi tempi tutto il Christianesimo fosse vissuto in errore. Ma conciosia che ella è falsissima, et pessima, et inventione diabolica trovata da lui, ho deliberato del tutto di esponere, et impiegare i miei Regni, l'Imperio, et potentati, gli amici, il corpo il sangue, la mia vita, et l'anima ancora, se bisognerà, perche questo tristo, et infelice principio non passi più oltre; considerando che ciò mi ritornarebbe a troppo gran disonore, et biasimo, come parimente ri tornarebbe a voi stessi, che sete l'Illustrissima natione della tanto celebrata Germania, essendo avenuto per spetial previlegio, che voi siate detti, et nomati osservatori della giustitia, protettori, et difensori della fede Cattolica; cosa certamente, che non v'è di poco honore, auttorità, et riputatione. La onde se a'tempi nostri qualche, non voglio dir' heresia, ma sospitione di errore, overo qual si voglia altra cosa, che indebolisse la Religione Christiana, prendesse vigore ne i cuori de' Christiani, et che noi gli lasciassimo fare la radice, senza farvi a tutto nostro potere la debita provisione, oltre che noi offenderiamo Dio, ci saria per sempre rinfacciato questo da i nostri successori di mano in mano, come cosa in vero degna d'ogni vituperio. Per tanto poiche habbiamo udita l'ostinata risposta, che hieri Lutero ci diede alla presenza di tutti voi, vi rendo sicuri per questa mia scrittura di mia propria mano, et vi dico certo, che mi dispiace molto, et mi duole nel cuore haver differito tanto tempo, et esser stato tanto a fulminar processo contra il detto Lutero, et contra la sua falsa doctrina, di mode che ho preso risolutione in me stesso di mai più non volerlo udire, commandando, che subito egli sia ricondotto fuori della Corte nostra, secondo il tenore del suo salvocondotto, con questo patto, che sieno a pieno osservate le conditioni, che vi sono espresse, di non predicare, scrivere, nè essere in modo alcuno occasione di sollevatione popolare. Nel rimanente poi sono deliberato, come ho già detto, di

procedere contra di lui con quelle ragioni che si debbe procedere contra un'heretico manifesto, et vi ricerco, che in questa causa sia deliberato quello, che voi sete tenuto di fare, come buoni, et fedeli Christiani, che sete, et come m'havete promesso di fare. Scritta di mia propria mano in Vormatia à 19. d'Aprile. 1521.

CARLO Imperatore.

---

## N°. CXC.

(*Vol.* iv. *p.* 51.)

*Sadolet. Ep. Pont. No. LXXVI. p.* 106.

CÆSARI.

CHARISSIME, &c. Cum in hac Catholicæ Fidei causa te advocato hujus sanctæ Sedis adversus impias opiniones novorum hæreticorum, ac filium præcipue iniquitatis Martinum defendenda, ea expectaremus de tuæ Majestatis animo atque judicio, quæ de maximo Principe et præstantissimo Cæsare poterant expectari, fatebimur tamen verum, longe vicit virtus tua nostram expectationem. Ita enim ad nos omnium constanti voce perlatum est, tantam in te gravitatem, admirabilem insignemque sapientiam, tantum in te extitisse servandæ et custodiendæ ejus, quam a Deo et patribus nostris accepimus, Religionis studium, ut omnibus manifeste apparuerit, Deum tibi comitem, et Dei spiritum tuis optimis consiliis adfuisse. Res igitur acta per te omnibus sæculis memorabilis, exemplum salutare. Ceteros enim cernimus, auctoritatem tuam in damnanda perfidi hominis contumacia facile secutos. Qui modus? aut quonam hæc a te studio gesta sunt? quæ magnitudo animi? quæ constantia? cujusmodi erga Deum pietas, digna quidem Cæsare, sed summo et optimo Cæsare? Domine salvum fac Regem hunc, et exaudi

exaudi nos in die qua invocamus te. Quid quod tute decretum tuum conscripsisti, altis illis et magnificis verbis exorsus; decere te, ex Ducibus, Archiducibus, Regibus, Imperatoribusque oriundum, similia illis, in Dei omnipotentis honorem et fidei suæ sanctæ salutem, agere, nec Majoribus tuis deesse. Scilicet hoc non est esse similem, sed longe virtute antecedere. Non enim jam te ex Majorum tuorum exemplo cohortabimur, sed hæc erit animi tui et virtutis excelsitas, in universam posteritatem omnibus Principibus exemplo. Nos quidem, qui novo quodam amoris affectu erga Majestatem tuam incitati sumus, deprecantes tibi apud omnipotentem Deum omnia prospera et gloriosa, gratias tibi agimus pro tuo officio tanto, non quas debemus, id enim est infinitum, sed quantas animo capere aut verbis referre possumus maximas; quod et perpetuo acturi sumus, id supra omnia desiderantes, ut aliquasese nobis offerat occasio, ut quid de tua singulari natura sentiamus, quantumve tua causa cupiamus, possimus tibi memorabili aliquo facto declarare; quod tamen Deo auspice futurum confidimus. Sed et de his omnibus, et quam optemus, Majestatem tuam quæ bene cœpta sunt ad salutarem finem deducere, scribimus Nuntiis nostris, ut cum Majestate tua nostro nomine communicent; quibus illa fidem habere dignabitur. Datum Mallianæ, die 4, Maji, 1521. Anno nono.

*Gratias tibi quas possumus habemus, Redemptorem nostrum humiliter deprecantes, tibi concedat prospera cuncta, impleat sancta desideria, tribuatque Majestati tuæ similem semper animum, et parem virtutem.*

*Verba manu propria SS.D.N.*

# No. CXCI.

(*Vol.* iv. *p.* 58.)

*Vidæ op. tom.* ii. *p.* 161.

## Ad Henricum VIII. Angliæ Regem.

### Diis Cælitibus.

"QUI cæli colitis domos,
Dii, post funera lucidas,
Laudi si sua præmia
Sunt hic pro benefactis;
Henrici accipite inclyta
Regis dona ter optimi.
Mœrentem aspicite, aurea
Ejus pro pietate.
Hic aras opibus quibus
Vestras cumque potest, juvat,
Nec vestrum decus impiger
Solis protegit armis.
Lingua dimicat acrius,
Novis dum rationibus
Doctus sacrilegos premit
In vos ore furentes.
Quis unquam fuit, aut erit,
Qui regi meritis tot huic,
Tot virtutibus enitens
Compararier ausit?
Huic omnes igitur, boni,
Quod optat date, cælites.
Hunc (nam cætera suppetunt)
Prole augete virili.

Tantum

Tantum sit procul orbitas.
Sit cui læta Britannia
Post hunc pareat ultimi
Ad usque Oceani oras.

---

## No. CXCII.

(*Vol.* iv. *p.* 61.)

*Rymeri Fœdera*, *vol.* vi. *par.* i. *p.* 199.

BULLA PRO TITULO DEFENSORIS FIDEI.

LEO EPISCOPUS *Servus Servorum Dei*, Carissimo in Christo Filio, *Henrico Angliæ Regi*, Fidei Defensori, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Ex supernæ dispositionis arbitrio, licet imparibus meritis, Universalis Ecclesiæ Regimini Præsidentes, ad hoc cordis nostri longè lateque diffundimus cogitatus, ut Fides Catholica, sine quâ nemo proficit ad Salutem, continuum suscipiat Incrementum, et ut ea, quæ pro cohibendis conatibus Illam deprimere aut pravis mendacibusque comentis pervertere et denigrare molientium, sanâ Christi Fidelium, præsertim Dignitate Regali Fulgentium, Doctrinâ sunt disposita, continuis perficiant Incrementis, Partes nostri Ministerii et Operam Impendimus efficaces.

Et, sicut alii Romani Pontifices, Prædecessores nostri, Catholicos Principes (prout Rerum et Temporum qualitas exigebat) specialibus favoribus prosequi consueverunt, illos præsertim, qui procellosis temporibus, et rapidâ Scismaticorum et Hæreticorum fervente perfidiâ, non solùm in Fidei

Serenitate

Serenitate et Devotione illibatâ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ immobiles perstiterunt, verùm etiam, tanquam ipsius Ecclesiæ legitimi Filii, ac fortissimi Athletæ, Scismaticorum et Hæreticorum insanis Furoribus spiritualiter et temporaliter se opposuerunt; ita etiam nos *Majestatem tuam*, propter Excelsa et Immortalia ejus erga Nos et hanc Sanctam Sedem, in qua, Permissione Divinâ, sedemus, opera et gesta, condignis et immortalibus præconiis et laudibus efferre desideramus, ac ea sibi concedere propter quæ invigilare debeat a Grege Dominico Lupos arcere, et putida membra, quæ Mysticum Christi Corpus inficiunt, ferro et materiali gladio abscindere, et nutantium corda Fidelium in Fidei soliditate confirmare.

Sanè cùm nuper Dilectus Filius *Johannes Clerk*, Majestatis tuæ apud Nos Orator, in Consistorio nostro, coram Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, et compluribus aliis Romanæ Curiæ Prælatis, *Librum*, quem *Majestas tua*, charitate, quæ omnia sedulo et nihil perperàm agit, Fideique Catholicæ zelo accensa, ac Devotionis erga Nos et hanc Sanctam Sedem fervore inflamata, contra Errores diversorum Hæreticorum, sæpiùs ab hac Sancta Sede Damnatos, nuperque per *Martinum Lutherum* suscitatos et innovatos, tanquam nobile ac salutare quoddam antidotum, composuit, Nobis examinandum, et deinde Auctoritate nostrâ approbandum, obtulisset, ac luculentâ Oratione suâ exposuisset, *Majestatem tuam* paratam ac dispositam esse ut, quemadmodum veris Rationibus ac irrefragabilibus Sacræ Scripturæ et Sanctorum Patrum Auctoritatibus notorios Errores ejusdem *Martini* confutaverat, ita etiam omnes eos sequi et defensare præsumentes totius Regni sui viribus et armis persequatur:

Nosque ejus *Libri* admirabilem quandam et Cœlestis Gratiæ rore conspersam, Doctrinam diligenter accurateque introspeximus, Omnipotenti Deo, a quo omne Datum optimum et omne Donum perfectum est, immensas Gratias egi-

mus, qui optimam et ad omne bonum inclinatam mentem tuam inspirare, eique tantam Gratiam supernè infundere dignatus fuit, ut ea scriberes quibus Sanctam ejus Fidem contra novum Errorum Damnatorum hujusmodi Suscitatorem defenderes, ac reliquos Reges et Principes Christianos tuo exemplo invitares ut ipsi etiam Orthodoxæ Fidei et Evangelicæ Veritati, in periculum et discrimen adductæ, omni ope sua adesse opportuneque favere vellent; æquum autem essè censentes eos, qui pro Fidei Christi hujusmodi Defensione pios Labores susceperunt, omni Laude et Honore afficere; Volentesque non solum ea, quæ *Majestas* tua contra eundem *Martinum Lutherum* absolutissima Doctrina nec minori Eloquentiâ scripsit, condignis laudibus extollere ac magnificare, Auctoritateque nostrâ approbare et confirmare, sed etiam *Majestatem ipsam* tali Honore et Titulo decorare, ut nostris ac perpetuis futuris temporibus Christi Fideles omnes intelligant quàm gratum acceptumque Nobis fuerit *Majestatis tuæ* munus, hoc præsertim tempore nobis oblatum;

Nos qui Petri, quem Christus, in cœlum ascensurus, Vicarium suum in Terris reliquit, et cui curam Gregis sui commisit, veri Successores sumus, et in hac Sancta Sede, a qua omnes Dignitates ac Tituli emanant, sedemus, habita super hiis cum eisdem Fratribus nostris maturâ Deliberatione, de eorum unanimi Consilio et Assensu, *Majestati tuæ* Titulum hunc (videlicet) Fidei Defensorem donare decrevimus, prout Te tali Titulo per Præsentes insignimus; Mandantes omnibus Christi Fidelibus ut *Majestatem tuam* hoc Titulo nominent, et cùm ad eam scribent, post Dictionem Regi adjungant Fidei Defensori.

Et profectò, hujus Tituli excellentia et dignitate ac singularibus Meritis tuis diligenter perpensis et consideratis, nullum neque dignius neque *Majestati tuæ* convenientius nomen excogitare potuissemus, quod quotiens audies aut leges, totiens

propriæ

propriæ Virtutis, optimique Meriti tui recordaberis; nec hu-susmodi Titulo intumesces vel in Superbiam elevaberis, sed tolitâ tua Prudentiâ humilior, et in Fide Christi ac Devo-jione hujus Sanctæ Sedis, a qua exaltatus fueris, fortior et constantior evades, ac in Domino bonorum omnium Largitore lætaberis perpetuum hoc et immortale Gloriæ tuæ Monumentum Posteris tuis relinquere, illisque viam ostendere ut, si tali Titulo ipsi quoque insigniri optabunt, talia etiam Opera efficere, præclaraque *Majestatis tuæ* Vestigia sequi studeant, quam, prout de Nobis et dictâ Sede optimè merita est, unà cum Uxore et Filiis, ac omnibus qui a Te et ab Illis nascentur, nostrâ Benedictione, in Nomine illius, a quo illam concedendi Potestas Nobis data est, larga et liberali Manu Benedicentes, Altissimum illum, qui dixit, *per Me Reges Regnant et Principes imperant*, *et in cujus manu Corda sunt Regum*, rogamus et obsecramus ut eam in suo Sancto Proposito confirmet, ejusque Devotionem multiplicet, ac præclaris pro Sancta Fide gestis ita illustret, ac toti Orbi Terrarum conspicuam reddat ut Judicium, quod de ipsa fecimus, eam tàm insigni Titulo decorantes, a nemine falsum aut vanum judicari possit; Demùm, mortalis hujus Vitæ finito Curriculo, sempiternæ illius Gloriæ consortem atque participem reddat.

Dât, *Romæ* apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo Primo, Quinto Idus Octobris, Pontificatus nostri anno Nono.

Ego Leo Decimus, *Catholicæ Ecclesiæ Episcopus*.

*Locus Signi.*

Ego B. Epis. Ostien. Card. S.
Ego N. Card. de Flisco Episc. Albn.
Ego A. Episc. Tuscul. de Farnesiis.
Ego Episc. A. Alban.
Ego P. Tit. S. Eusebii Presbyt. Card.

Ego

Ego A. Tit. S. Mariæ in Transtyberim Presbyt. Car. Bonon.

Ego Laur. Tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyt. Card. manu propria.

Ego Jo. Do. Tit. S. Jo. an. Por. Lat. Presbyt. Cardin. Recanaten. manu propria.

Ego A. Tit. S. Prisce. Presbyt. Card. de Valle manu propria.

Ego Jo. Bap. Tit. S. Apollinaris Presbyt. Card. Cavallicen.

Ego S. Tit. S. Cyriaci in Thermis Presbyt. Car. Comen.

Ego D. Tit. S. Clementis Presbyt. Car. Jacobinus.

Ego L. Tit. S. Anastasiæ Presbyt. Car. Campegius.

Ego F. Ponzettus, Tit. S. Pancratii Presbyt. Car.

Ego G. Tit. S. Marcelli Car. Presbyt. de Vic.

Ego F. Armellinus Medices, Tit. S. Callisti Presbyt. Car.

Ego Tho. Tit. S. Xisti Card. Presbyt.

Ego E. Tit. S. Matthæi Presbyt. Card.

Ego Ch. Tit. Mariæ Aræ Cœli, Presbyt. Car.

Ego F. S. Mariæ in Cosmedin. Diacon. Car. Ursinus. manu prop.

Ego P. S. Eustachii Diaconus, Car. manu propria.

Ego Alex. S. Sergii et Bacchi Diacon. Car Cæsarinus. manu prop.

Ego Jo. SS. Cosmæ et Dam. Diac. Car. de Salviatis. manu prop.

Ego N. S. Viti et Mod. Diacon. Car. Rodulphus. manu prop.

Ego Her. S. Agathæ Diaconus Car. de Rangon. manu prop.

Ego Aug. S. Hadriani Diaconus Car. Trivultius. manu prop.

Ego

Ego F. S. Mariæ in Porticu Car. Pisanus, manu propriâ.

Locus Sigilli.

H. de Comitibus.

*Explicatio Nominum, Titulorum, et Familiarum, suprascriptorum subscribentium.*

*Episcopi Cardinales.*

Bernardinus Carvaial Hispanus, Episcopus Ostien. Cardinalis Sanctæ Crucis.

Nicholaus Cardinalis de Flisco, Episcopus Albn.

Alexander Episcopus Tusculanus de Farnesiis.

Antonius de Monte Sancti Sabini, Episcopus Albanus.

*Presbyteri Cardinales.*

Petrus de Accoltis, Tituli Sancti Eusebii, Presbyter Cardinalis.

Achilles de Crassis, Tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim Presbyter Cardinalis Bononien.

Laurentius Puccius, Tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis.

Johannes Dominicus de Cupis, Tituli Sancti Johannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Recanaten.

Andreas de Valle, Tituli Sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis de Valle.

Jo. Baptista Palavicinus, Tituli Sancti Apollinaris Presbyter Cardinalis Cavallicen.

Scarramuccia Trivultius, Tituli Sancti Cyriaci in Thermis, Presbyter Cardinalis Comensis.

Dominicus Jacobatius, Tituli Sancti Clementis, Presbyter Cardinalis Jocobinus.

Laurentius

Laurentius Campegius, Tituli Sanctæ Anastasiæ, Presbyter Cardinalis Campegius.

Ferdinandus Ponzettus, Tituli Sancti Pancratii, Presbyter Cardinalis.

Giullielmus Raymundus de Vicos Tituli Sancti Marcelli Cardinalis Presbyter de Vic.

Franciscus Armellinus Medices, Tituli Sancti Calisti, Presbyter Cardinalis.

Frater Thomas de Vio, Tituli Sancti Xisti, Presbyter Cardinalis.

Frater Ægidus Viterbensis, Tituli Sancti Matthæi, Presbyter Cardinalis.

Frater Christophorus Humalius, Tituli Sanctæ Mariæ de Aracœli, Presbyter Cardinalis.

*Diaconi Cardinales.*

Franciottus Ursinus, Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, Ursinus.

Paulus de Cæsis, Sancti Eustachii, Diaconus Cardinalis.

Alexander Cæsarinus Sanctorum Sergii et Bacchi Diaconus Cardinalis Cæsarinus.

Johannes Salviatus, Sanctorum Cosmæ et Damiani Diaconus Cardinalis de Salviatis.

Nicholaus Rodulphus Sanctorum Viti et Modesti in Mocello, Diaconus Cardinalis Rodulphus.

Hercules Comes de Rangonibus, Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis de Rangonibus.

Augustinus Trivultius, Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Trivultius.

Franciscus de Pisanis, Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Pisanus.

N°.

## CXCIII.

(*Ibid.* iv. *p.* 86.)

*Allwoerden Hist. Mich. Serveti. p.* 67. 73. 91. *Ed. Helmstadt.*

*A mes tres honorés Seigneurs, Messeignéurs les Syndics et Conseil de Geneve.*

SUPPLIE humblement Michael Servetus accusé, mettant en faict que c' est une novelle invention, ignorée des Apostres et Disciples et de l' Eglise anciene, de faire partie criminelle pour la doctrine de l' Escriture, ou pour questions procedentes d' icelle. Sela se monstre premierement aux Actes des Apostres, chapitre xviii et xix. ou tiels accusateurs sont deboutés, et renvoyés aux Eglises, quant ni aultre crime que questions de la Religion. Pareillement du temps de l' Empereur Constantin le grand, ou il y avoyt grandes heresies des Arriens, et accusations criminelles, tant du costé de Athanasius, que du costé de Arrius, le diet Empereur par son conseil e conseil de toutes les Eglises, arresta que suyvant la anciene doctrine, teles accusations nariont poynt de lieu, voire quand on seroyt un heretique, comme estoyt Arrius. Mais que toutes leurs questions seriont decidées par les Eglises, et que estila que seroyt convencu, ou condamné par iceles, si ne se voloyt reduire par repentance, seroyt banni. La quiel epunition a esté de tout temps observé en l'anciene eglise contra les heretiques, comme se preuve par mille autres histoires, et authorités des Docteurs. Pour quoy, Messeigneurs, suyvant la doctrine des Apostres et Disciples, que ne permirent oncques tieles accusations, et suyvant la doctrine de lanciene Eglise, en

la

la quiele tieles accusations ne estiont poynt admises, requiert le dict Suppliant estre mis dehors de la accusation criminelle.

Secondament, Messeigneurs, vous supplie considerer, que n'a poynt offansé en vostre terre, ni allieurs, n'a poynt esté sedicieux, ni perturbateur. Car les questions que luy tracte, sont difficiles, et seulement dirigées a gens sçavans. Et que de tout le temps que a esté en Allemagne, n'a jamais parlé de ces questions, que a Œcolampadius Bucer et Capito. Aussi en France n'en ha jamais parlé a home. En oultre que les Anabaptistes, sedicieux contre les Magistrats, et que voliont faire les choses communes, il les a tousjours reprouvè et reprouve. Donc il conclut, que pour aveir sans sedition aucune mises en avant certaines questions des anciens Docteurs de l'eglise, que pour sela ne doyt aulcunement estre deteneu en accusation criminelle.

Tiersament, Messeigneurs, pour ce q'uil est estranger, et ne scait les costumes de ce pays, ni comme il fault parler, et preceder en jugement, vous supplie humblement luy doner un procureur, lequiel parle pour luy. Ce fesant farés bien, et nostre Seigneur prosperera vostre Republique. Faict en vostre cité de Geneve, le 22. d'aost. 1553.

Michel Servetus

*De Ville neufve, en sa cause propre.*

---

*Mes tres honorés Seigneurs.*

Je vous supplie tres humblement, que vous plaise abreger ces grandes dilations, ou me mettre hors de la criminalité. Vous voyes que Calvin est au bout de son roulle, ne sachant ce que doyt dire, et pour son plaisir me voult icy faire pourrir en la prison. Les poulx me mangent tout vif,

mes

mes chauses sont descirées, et n'ay de quoy changer, ni purpoint, ni chamise, que une mechante. Je vous avois presenté une aultre requeste, la quiele estoyt selon Dieu. Et pour la empecher, Calvin vous a allegué Justinian. Certes il est malheureux, d'alleguer contre moy ce que luy mesme ne croyt pas. Luy mesme ne tient point, ni croyt point, ce que Justinian a dict de Sacrosanctis Ecclesiis, et de Episcopis, et Clericis, et d'aultres choses de la Religion; et scait bien que l'eglise estoit desja depravée. Cest grand honte a luy, encores plus grands, qu'il a cinq Semeines, que me tient icy si fort enfermé, et n'a jamais allegué contra moi un seul passage.

Messeigneurs; je vous avoys aussi demandé un procuréur, ou advocat, comme aviés permis a ma partiè la quiele n'en avoyt si afaire que moy, que suys estrangier, ignorant les costumes de ce paijs. Toute fois vous l'avés permis a luy, non pas a moy, et l'aves mis hors de prison, devant de cognoistre. Je vous requier que ma cause soyt mise au conseil de deux cents, aveque mes requestes; et si j'en puys appeller la, j'en appelle, protestant de tous despans, dammages et interès, et de pœna talionis, tant contra lé premier accusateur, que contra Calvin son maistre, que a prins la cause a soy. Faict en vos prisons de Geneve le xv. de Septembre, 1553.

Michel Servetus,

*En sa cause propre.*

---

*Tres honorés Seigneurs.*

Je suis detenu en accusation criminelle de la part de Jehan Calvin, lequel m'a faulsamant accusé, disant que j'aves escript,

I. Que

I. Que les ames estiont mortelles, et aussi

II. Que Jesu Christ n'avoyt prins de la vierge Maria, que la quatriesme partie de son corps.

Ce sont choses horribles et execrables. En toutes les aultres heresies, et en tous les aultres crimes, n'en a poynt si grand, que de faire l'ame mortelle. Car a tous les aultres il y a sperance de salut, et non poynt a cestuicy. Qui dict cela, ne croyt poynt quil y aye Dieu, ni justice, ni resurrection, ni Jesu Christ, ni sainte Escriture, ni rien : si non que tout e mort, et que home et beste soyt tout un. Si j'aves dict cela, non seulement dict, mais escript publicament, pour enfecir le monde, je me condemnares moy mesme a mort.

Pourquoy, Messeigneurs, je demande que mon faulx accusateur soyt puni poena talionis, et que soyt detenu Prisonier comme moy, jusques a ce que la cause soyt diffinie pour mort de luy ou de moy, ou aultre peine. Et pour ce faire je me inscris contra luy a la dicte peine de talion. Et suis content de morir, si nou est convencu, tant de cecy, que d'aultres choses, que je luy mettre dessus. Je vous demande justice, Messeigneurs, justice, justice, justice. Faict en vos prisons de Geneve, le xxii. de Septembre, 1553.

Michel Servetus,

*En sa cause propre.*

No.

# N°. CXCIV.

(*Vol.* iv. *p.* 118.)

*Rymer. Fœdera. tom.* vi. *par.* 1. *p.* 119.

*Papa ad Regem super Anticipatione Æquinoctiorum, et de Kalendario emendando.*

CARISSIME *in Christo Fili noster Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Cum, Doctorum Virorum relatione, in Sacro Lateranensi Concilio propositum fuisset Kalendarium, quod in positione Vernalis Æquinoctii, Solis cursum designantis, a suo recto cursu defluxerat, correctione indigere, ut Pascha, quod, præcipue a vernali æquinoctio et quartadecima Luna novorum pendet, recté observaretur, ac dignum reputantes in hujusmodi Lateranensis Concilii celebratione errorem hujusmodi agnosci et agnitum emendari: movissemusque et hortati fuissemus Theologos et Astrologos ac alios in his Viros doctissimos de remedio et emendatione congruâ cogitare; sententiisque eorum partim scriptis partim disputationibus habitis, reipsa in sacris dicti Concilii Cardinalium et Prælatorum Disputationibus crebris disceptationibusque agitatâ, nonnullæ difficultates quæ ex illa oriebantur apparuissent; volentes ea omnia mature et considerate discerni ut decreta postea et deliberata ab omnibus observarentur, *Majestatem tuam* hortati fuimus ut Theologiæ et Astrologiæ Professores Viros claros, quos in regno tuo haberes, ad Lateranense Concilium, ut erroris hujusmodi discussio et illius emendatio salubri remedio perquireretur, et ad veram determinationem et sinceram observationem omnium votis perduceretur, venire juberes atque curares; impeditis autem præciperes quid eorum

quisque

quisque in his statueret, et quid juxta conscientiam meam arbitraretur, ad Nos in scriptis transmitteret; et, ut ipsi venturi vel remansuri convenientiùs rem considerare et discutere possent, summariam aliquarum propositionum, super præmissis in dictis disputationibus exhibitam mittendam curavimus:

Cumque factum fuerit, hortationibus nostris hujusmodi, ut aliquorum scripta ad Nos pervenerint, illis in disputationibus præfatis diligenter examinatis; denuo compendium cum quibusdam propositionibus, diversos modos correctionis Kalendarium hujusmodi continentibus, a doctis et sapientibus prolatum, literis nostris, universis et singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Rectoribus Universitatum studiorum generalium directis, adjunctum duximus destinandum; ut super his quod conclusum atque scriptum pro majori parte fuerit per Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, eorum sigillis munitum, saltem infra quatuor menses per proprium seu alium Nuncium ad Nos destinare procurent, ut in prima sessione, quam ea potissimùm causa ad pridie Kalendas Decembris distulimus ac prorogavimus, negotium hujusmodi absolvere ac maturiùs et consultiùs terminare valeamus.

Cupientes igitur opus hujusmodi tam laudabile ad finem optatum, cum omnium fidelium pace et spirituali consolatione deduci, *Majestatem tuam* hortamur in Domino ut viros doctos quos habes ad veniendum, seu quid ipsi in præmissis sentiant scribendum inducere, ac eorum scripta ad nos transmittere, ac opem et operam efficaces adhibere velis quod dictæ nostræ litteræ Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Rectoribus Universitarum hujusmodi Regni tui fideliter et diligenter præsententur, ac juxta mandata nostra per eos executioni debite demandentur; Quod si feceris ut speramus rem in primis Deo acceptam, Nobis vero gratam efficies.

 Datum

Datum *Romæ*, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die decimâ Julii, Millesimo quingentesimo decimo sexto, Pontificatûs nostri anno quarto.

J. SADOLETUS.

Dors.

*Charissimo in Christo Filio nostro Henrico Angliæ Regi Illustri.*

---

## N°. CXCV.

(*Vol.* iv. *p.* 148.)

*Sadolet. Ep. Pont. No. XXIV. p.* 34.

LEO PAPA X.

DILECTE fili, salutem, et Apostolicam benedictionem. Nihil est in hoc honore ad quem impares meritis, divina providentia vocati fuimus, quod nobis gratius aut magis jucundum accidere possit, quam esse quandoque apud nos præmia fortibus et bonis et præstantibus viris constituta: fit autem hoc idem jucundissimum, cum illæ quæ nos invitant ad liberalitatem caussæ ita consentiunt, ut ad peculiarem sensum benevolentiæ nostræ, communis quoque utilitatis ratio accedat, ut uno, atque eodem facto, et præmium spectatæ virtuti, et speratæ exempli imitationem proponamus. Cum itaque te etiam antea in minoribus cognoverimus ipsi, egregie ornatum eis dotibus, quæ ad præstantem virum efficiendum accommodatæ sunt, cum genere natus honestissimo, et litterarum studiis antecellas, et bellica ex laude non mediocre nomen sis consecutus, quodque ante omnia nos movet, singulari erga nos et Sanctam Sedem Apostolicam fueris voluntate atque observantia, dignitatis et meritorum tuorum rationem

tionem habere volentes, Nubilariæ castrum agri Pisauriensis, nobis et S. Romanæ Ecclesiæ directi dominii jure subjectum, quod dilectus filius nobilis vir Franciscus Maria de'Ruvere, Dux Urbini, Almæ Urbis nostræ Præfectus, S. Rom. Ecclesiæ Generalis Capitaneus noster, in dicta civitate perpetuus Vicarius, tibi, liberis, posterisque tuis masculis, qui ex te legitime orientur, cum arcibus, hominibus, juribusque omnibus ejusdem, in fidei tuæ præmium, et suæ benevolentiæ testimonium tradidit, et titulo irrevocabilis inter vivos donationis concessit, sicut in dicti Ducis litteris uberius continetur, tibi tenore præsentium litterarum confirmamus; eamque ipsam donationem tam in universum, quam partes omnes, et singula in ea contenta approbamus, Apostolicæque nostræ confirmationis, atque approbationis robore communimus; supplentes omnes defectus tam juris, quam facti, si qui forsitan intervenissent in eadem: nec non quatenus opus sit, Castrum supradictum cum omnibus juribus, arcibus, bonis, et pertinentiis, ac vassallis suis, meroque et mixto imperio, et omnimoda jurisdictione, ac gladii potestate tibi, liberis, posterisque tuis masculis, qui ex te legitime orientur de novo concedimus, in perpetuumque condonamus: contrariis etiam, de quibus specialis et expressa mentio, ac forsitan de verbo ad verbum habenda esset, non obstantibus quibuscumque. Volumus autem apud Ven. Fratrem R. Episcopum Ostiensem Camerarium nostrum fidelitatis solitum per alios feudatarios nostros hujusmodi præstes juramentum, quodque in die SS. Petri et Pauli in recognitionem directi dominii, quod Sedes Apostolica obtinet, Cameræ nostræ Apostolicæ cereum unum e cera candida libræ unius annuum censum, tu et successores tui prædicti in perpetuum persolvatis. Datum in Villa nostra Manliana, sub annulo Piscatoris, die vigesima secunda Maii, millesimo quingentesimo quartodecimo, Pontificatus nostri anno secundo.

JAC. SADOLETUS.

*A tergo.* Dilecto Filio Balthassari Castilioneo Castri Nubilariæ Domino.



No.

# No. CXCVI.

(*Vol.* iv. *p.* 150.)

*Carm.* v. *Illustrium Poetar. p.* 171. *Ed. Ven.* 1548.

HIPPOLYTE BALTHASSARI CASTILIONI CONJUGI.

HIPPOLYTE mittit mandata hæc Castilioni,
Addideram imprudens, hei mihi, pene suo,
Te tua Roma tenet, mihi quam narrare solebas,
Unam delicias esse hominum atque Deum.
Hoc quoque nunc major, quod Magno est aucta LEONE
Tam bene pacati qui imperium orbis habet.
Hic tibi nec desunt, celeberrima turba, sodales,
Apta oculos etiam multa tenere tuos.
Nam modo tot priscæ spectas miracula gentis,
Heroum et titulis clara trophæa suis;
Nunc Vaticani surgentia marmore templa,
Et quæ porticibus aurea tecta nitent;
Irriguos fontes, hortosque et amœna vireta,
Plurima quæ umbroso margine Tybris habet.
Utque ferunt cœtu convivia læta frequenti,
Et celebras lentis ocia mixta jocis.
Aut cithara æstivum attenuas, cantuque calorem;
Hei mihi quam dispar nunc mea vita tuæ est.
Nec mihi displiceant, quæ sunt tibi grata, sed ipsa est
Te sine lux oculis penè inimica meis.
Non auro aut gemma caput exornare nitenti
Me juvat, aut Arabo spargere odore comas;
Non celebres ludos festis spectare diebus,
Cum populi complet densa corona forum,
Et ferus in media exultat gladiator arena,
Hasta concurrit vel cataphractus eques.

Sola

Sola tuos vultus referens, Raphaelis imago
  Picta manu, curas allevat usque meas.
Huic ego delicias facio, arrideoque jocorque,
  Alloquor, et tanquam reddere verba queat,
Assensu, nutuque mihi sæpe illa videtur,
  Dicere velle aliquid, et tua verba loqui.
Agnoscit, balboque patrem puer ore salutat,
  Hoc solor longos, decipioque dies.
At quicunque istinc ad nos accesserit hospes,
  Hunc ego quid dicas, quid faciasque rogo.
Cuncta mihi de te incutiunt audita timorem;
  Vano etiam absentes sæpe timore pavent.
Sed mihi nescio quis narravit sæpe tumultus,
  Miscerique neces per fora, perque vias,
Cum populi pars hæc Ursum, pars illa Columnam
  Invocat, et trepida corripit arma manu.
Ne tu, ne, quæso, tantis te immitte periclis,
  Sat tibi sit tuto posse redire domum.
Romæ etiam fama est, cultas habitare puellas,
  Sed quæ lascivo turpiter igne calent.
Illis venalis forma est, corpusque, pudorque,
  His tu blanditiis ne capiare, cave.
Sed nisi jam captum blanda hæc te vincla tenerent,
  Tam longas absens non paterere moras.
Nam memini cum te vivum jurare solebas
  Non me si cupias posse carere diu.
Vivis Castilio, vivasque beatius, opto;
  Nec tibi jam durum est me caruisse diu.
Cur tua mutata est igitur mens? cur prior ille,
  Ille tuo nostri corde refrixit amor?
Cur tibi nunc videor vilis? nec, ut ante solebam,
  Digna thori sociam quam patiare tui?
Scilicet in ventos promissa abiere, fidesque,
  A nostris simulac vestri abiere oculi.
Et tibi nunc forsan subeunt fastidia nostri,
  Et grave jam Hippolytes nomen in aure tua est.

Verum

Verum ut me fugias, patriam fugis improbe, nec te
  Chara parens, nati nec pia cura tenet.
Quid queror? en tua scribenti mihi epistola venit;
  Grata quidem, dictis si modo certa fides.
Te nostri desiderio languere, pedemque
  Quamprimum ad patrios velle referre lares,
Torquerique mora, sed magni jussa Leonis
  Jamdudum reditus detinuisse tuos.
His ego perlectis, sic ad tua verba revixi,
  Surgere ut æstivis imbribus herba solet.
Quæ licet ex toto non ausim vera fateri,
  Qualiacunque tamen credulitate juvant.
Credam ego, quod fieri cupio, votisque favebo
  Ipsa meis; vera hæc quis vetet esse tamen?
Nec tibi sunt præcordia ferrea, nec tibi dura
  Ubera in Alpinis cautibus ursa dedit.
Nec culpanda tua est mora, nam præcepta Deorum
  Non fas, nec tutum est spernere velle homini.
Esse tamen fertur clementia tanta Leonis,
  Ut facili humanas audiat ore preces.
Tu modo et illius numen veneratus adora,
  Pronaque sacratis oscula da pedibus.
Cumque tua attuleris supplex vota, adjice nostra,
  Atque meo largas nomine funde preces.
Aut jubeat te jam properare ad mœnia Mantus,
  Aut me Romanas tecum habitare domos.
Namque ego sum sine te, veluti spoliata magistro
  Cymba, procellosi quam rapit unda maris.
Et data cum tibi sim utroque orba puella parente,
  Solus tu mihi vir, solus uterque parens.
Nunc nimis ingrata est vita hæc mihi, namque ego tantum
  Tecum vivere amem, tecum obeamque libens.
Præstabit veniam mitis Deus ille roganti,
  Auspiciisque bonis, et bene dicet, eas.

Ocyus

Ocyus huc celeres mannos conſcende viator,
   Atque moras omnes rumpe, viamque vora.
Te læta excipiet, feſtisque ornata coronis
   Et Domini adventum sentiet ipsa domus.
Vota ego persolvam templo, inscribamque tabellæ;
   Hippolyte salvi conjugis ob reditum.

---

## No. CXCVII.

(*Vol.* iv. *p.* 171.)

*From the original, in the poſſeſſion of the Reverend Mr. Hinckes, of Cork.*

Signjor Mio,

QUEL Gismondo Arovello, degno de tutti gli honori mentre rapresenta il Re vostro ne la imbasciarìa, prima che la bonta vostra affermaſſe l'haver egli ritratto la somma de i trecento scudi, che doveva darmi come dono di sua Maestà, et ordine di voi altri miei fautori, ha sempre giurato di non havere il modo di darmigli del suo, e che subito che se gli rimettino, manderamigli sino a casa, e che pagarìa del proprio sangue a non essere caduto ne lo errore del ferirmi; et che di ciò e suto cagione il Medico de gli Agustini, che gli ha riportato il falſo; ma che s' io voglio diventargli amico, che mi sara tal mio in Inghilterra, che beato me. Ma hora che ha inteso come per tutta questa citta è sparso il nome, che prova il come molto tempo è, che hebbe tali denari, si è posto in su le furie, et dice, ma de si; che gli ho; nègliene vo dare, perchè L'Aretino ha detto mal di me; et voglio scrivere al protettore cose stupende di lui. Onde non si parla d'altro, che de la tracagnaria di cosi insolente homo, al quale non ho fatto altro dispiacere che chiedergli il mio. Il che voi

voi giustissima creatura del grande Henrico, non sopportarete gia; ma piaccia a Dio che fornisca così empia lite, senza altro interresse che di danari et parole; et bascio la mano di V. S. con tutto l'animo, Di Venetia il, VIIII di Luglio, 1548.

Obligatissimo Serv.

Pietro Aretino.

Al Honoratissimo Signor Fillippo Obi Imbasciatore del Re de Inghilterra apresso la Maestà di Cesare.

---

## No. CXCVIII.

(*Vol.* iv. *p.* 172.)

*Opere Burlesche del Berni ed altri*, *vol.* ii. *p.* 112.

### Contro a Pietro Aretino.

Tu ne dirai, e farai tante, e tante,
  Lingua fracida, marcida, senza sale,
  Ch'al fin si troverà pur un pugnale
  Miglior di quel d'Achille, e più calzante.
Il Papa è Papa, e tu sei un furfante,
  Nudrito del pan d'altri, e del dir male;
  Un piè hai in bordello, e l'altro allo spedale;
  Storpiataccio, ignorante, ed arrogante.
Giovammatteo, e gli altri ch' egli ha presso,
  Che per grazia di Dio son vivi, e sani,
  T' affogheranno ancora un di n'un cesso.
Boja, scorgi i costumi tuoi ruffiani:
  E se pur vuoi cianciar, dì di te stesso;
  Guardati il petto, e la testa, e le mani.
    Ma tu fai come i cani,

Che

Che dà pur lor mazzate se tu sai,
Scosse che l'hanno, son più bei che mai.
Vergognati hoggimai,
Prosuntuoso porco, mostro infame,
Idol del vituperio, e della fame;
Ch'uñ monte di letame
T'aspetta, manigoldo, sprimacciato,
Perchè tu muoja a tue sorelle allato.
Quelle due, sciagurato,
C'hai nel bordel d'Arezzo a grand' honore,
A gambettar, che fa lo mio amore.
Di queste, traditore,
Dovevi far le frottole, e novelle,
E non del Sanga, che non ha sorelle.
Queste saranno quelle,
Che mal vivendo ti faran le spese,
E'l lor, non quel di Mantova, Marchese,
Ch'ormai ogni paese,
Hai ammorbato, ogni huom, ogni animale,
Il Ciel, e Dio, e'l Diavol ti vuol male.
Quelle veste ducale,
O ducali accattate, e furfantate,
Che ti piangono indosso sventurate,
A suon di bastonate
Ti saran tratte, prima che tu muoja,
Dal reverendo padre Messer Boja;
Che l'anima di noja,
Mediante un capresto, caveratti,
E per maggior favore squarteratti.
E quei tuoi Leccapiatti
Bardassonacci, Paggi da taverna,
Ti canteranno il requiem eterna.
Or vivi, e ti governa,
Bench' un pugnale, un cesso, o vero un nodo,
Ti faranno star cheto in ogni modo.

No.

## No. CXCIX.

(*Vol.* iv. *p.* 184.)

*Bayle Dict. Histor. et Critiq. Art. Leon. X. tom.* iii. *p.* 655.

*Venerabili Fratri Alberto Moguntin. et Magdeburgen. Archiepiscopo, Administratori Halberstaten. Principi Electori ac Germaniæ Primati.*

LEO PP. X.

VENERABILIS Frater, Salutem et Apostolicam benedictionem. Mittimus dilectum filium Joannem Heytmers de Zonvelben, Clericum Leodiensis Diœceseos, nostrum et Apostolicæ sedis Commissarium ad inclitas nationes, Germaniæ, Daniæ, Svetiæ, Novergiæ, et Gothiæ, pro inquirendis dignis et antiquis libris qui temporum injuria periere, in qua re nec sumptui nec impensæ alicui parcimus, solum ut sicut usque à nostri Pontificatus initio proposuimus, quod Altissimo tantum sit honor et gloria, viros quovis virtutum genere insignitos præsertim literatos, quantum cum Deo possumus, foveamus, extollamus, ac juvemus. Accepimus autem penes Fraternitatem Tuam, seu in locis sub illius ditione positis esse ex dictis antiquis libris, præsertim Romanarum Historiarum non paucos, qui nobis cordi non parum forent. Quare cum in animo nobis sit tales libros, quotquot ad manus venire potuerint in lucem redire curare pro communi omnium literatorum utilitate, Fraternitatem Tuam eâ demum quâ possumus affectione hortamur, monemus, et enixius in Domino obtestamur, ut si rem gratam unquam facere animo proponit, vel eorundem librorum omnium exempla fideliter et accurate scripta, vel quod magis exoptamus ipsosmet libros antiquos ad nos transmittere quanto citius curet, illos statim receptura,

cum exscripti hic fuerint, juxta obligationem per Cameram nostram Apostolicam factam, seu quam dictus Joannes Commissarius noster præsentium lator, ad id mandatum sufficiens habens, nomine dictæ Cameræ denuo, duxerit faciendam. Et quia dictus Joannes promisit nobis se brevi daturum trigesimum tertium librum Titi Livii de bello Macedonico, illi commisimus ut eum ad manus Tuæ Fraternitatis daret, ut ipsa quam primum posset per fidum nuntium ad nos, vel dilecto Filio Philippo Beroaldo Bibliothecario Palatii nostri Apostolici mittat. Quoniam vero eidem Joanni certam summam pecuniarum hic in urbe enumerari fecimus pro expensis factis et fiendis, et certam quantitatem debemus, volumus, et ita Fraternitati Tuæ committimus et mandamus, ut postquam acceperit prædictum librum Titi Livii, ipsi Joanni solvat seu solvi faciat centum quadraginta septem ducatos auri de Camera ex pecuniis indulgentiarum concessarum per illius provincias in favorem fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de urbe; quàm quidem pecuniarum summam in computis Tuæ Fraternitatis cum Camera Apostolica admittemus, prout in præsentia per præsentes admittimus et admitti mandamus. Juvet præterea eundem Joannem salvis conductibus, litteris et auxiliis, et illi per Provincias suas assistat pro libris extrahendis, et pro illo etiam fide jubeat, si opus est, pro dictis libris intra certum tempus à nobis restituendis et ad sua loca remittendis. Quod si Fraternitas Tua fecerit, ut omnino nobis persuademus, et ingens nomen apud Viros literatos consequetur, et nobis rem gratissimam faciet. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVI. Novembris, M.DXVII. Pontificatus nostri anno quinto.

JA. SADOLETUS.

LEO PP. X.

Dilecti filii, Salutem et Apostolicam benedictionem. Rettulit nobis dilectus filius Joannes Heytmers de Zonvelbek Clericus Leodiensis diœceseos, quem nuper pro inquirendis antiquis libris qui desiderantur, ad inclitas nationes Germaniæ, Daniæ, Norvegiæ, Svetiæ et Gothiæ, nostrum et Apostolicæ sedis specialem nuntium et commissarium destinavimus, à quodam quem ipse ad id substituerat, accepisse literas, quibus ei significat in vestra Bibliotheca reperisse Codicem antiquum, in quo omnes Decades Titi Livii sunt descriptæ, impetrasseque à vobis illas posse exscribere, cum originalem codicem habere fas non fuerit. Laudamus profecto vestram humanitatem et erga sedem Apostolicam obedientiam. Verum, dilecti filii, fuit nobis ab ipso usque Pontificatus nostri initio animus, viros quovis genere exornatos, præsertim literatos, quantum cum DEO possumus, extollere ac juvare. Ea de causa hujusmodi antiquos et desideratos libros, quotquot recipere possumus, prius per viros doctissimos, quorum copia DEI munere in nostrâ hodie est curiâ, corrigi facimus, deinde nostra impensa ad communem eruditorum utilitatem diligentissime imprimi curamus. Sed si ipsos originales libros non habeamus, nostra intentio non plane adimpletur, quia hi libri, visis tantum exemplis, correcti in lucem exire non possunt. Mandavimus in camera nostra Apostolicâ sufficientem præstare cautionem de restituendis hujuscemodi libris integris et illæsis eorum Dominis, quam primum hic erunt exscripti; et dictus Joannes, quem iterum ad præmissa Commissarium deputavimus, habet ad eandem cameram sufficiens mandatum, illam obligandi ad restitutionem prædictam, modo et forma quibus ei videbitur. Tantum ad commodum et utilitatem virorum eruditorum tendimus. De quo etiam dilecti filii Abbas et conventus Monasterii Corviensis Ordinis S. Benedicti Padebornensis diœceseos nostri locupletissimi possunt esse testes, ex

ex quorum Bibliotheca cum primi quinque libri Historiæ . . ustæ Cornelii Taciti qui desiderabantur, furto subtracti ssent, illique per multas manus ad nostras tandem perve-ıssent, Nos, recognitos prius eosdem quinque libros et correctos à Viris prædictis literatis in nostra Curia existentibus, cum .s Cornelii prædicti operibus quæ extabant, nostro sumptu ımprimi fecimus; deinde vero, re comperta, unum ex voluminibus dicti Cornelii, ut præmittitur, correctum et impressum, ac etiam non inordinate ligatum; ad dictos Abbatem et Conventum Monasterii Corviensis remisimus, quod in eorum Bibliotheca loco subtracti reponere possent. Et ut cognoscerent ex ea subtractione potius eis commodum quam incommodum ortum, misimus eisdem pro Ecclesia Monasterii eorum indulgentiam perpetuam. Quocirca vos et vestrum quemlibet, ea demum qua possumus affectione in virtute sanctæ obedientiæ monemus, hortamur, et sincera in Domino caritate requirimus, ut si nobis rem gratam facere unquam animo proponitis, eundem Joannem in dictam vestram Bibliothecam intromittatis, et exinde tam dictum codicem Livii, quam alios qui ei videbuntur, per eum ad nos transmitti permittatis, illos eosdem omninò recepturi, reportaturique à Nobis præmia non vulgaria. Datum Romæ, apud S. S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Decembris, MDXVII. Pontificatus Nostri anno quinto.

JA. SADOLETUS.

---

## No. CC.

(*Vol.* iv. *p.* 184.)

*Nova Litteraria Maris Balthici et Septentrionis. An.* 1699. *Edit. Lubecæ.* 4o. *p.* 347.

HENSBURGI. Joannes Mollerus inter varias de Scriptoribus Danicis observationes curiosas a Viro Rev. et antiquitatum

tatum patriarum callentissimo, Petro Jani, Lucoppidano Pastore Diœceseos Landensis in insula Thorsing prope Fioniam, secum communicatas, singularem nuper Leonis X. Papæ Romani Bullam adeptus est, quam si obtinuisset citius, præfationi *Bibliothecæ suæ Septentrionis eruditi* inseruisset; probaturus inde paucitatis ac penuriæ veterum apud Septentrionales monumentorum Litterariorum causam, Italis quoque adscribendam, qui ea forte sub initium superioris sæculi per emissarios suos undique conquisita avexerint. Id enim e Bulla ista Pontificia, sive Leonis X. ad Christiernum II. Daniæ Regem epistola, ad oculum patere existimat; cujus copiam publico non inviders, hoc saltem monet, Callundburgi olim vetustum Regni Daniæ Archivum sive Tabularium fuisse, quamvis locus ille, non, ut Bulla habet, ad Diœcesin Ottoniensem seu Fionicam, sed potius ad Roeskildensem vel Selandicam, pertineat: et licet Pontifex Regi monumentorum veterum ab ipso impetratorum restitutionem promittat; eam tamen, ob insequutum paullo post Regis exilium, quin et mutationem religionis, aliasque varias Septentrionis turbas, nunquam factum fuisse, videri verisimile. Bulla ipsa ita habet.

*Carissimo in Christo Filio Christierno, Daciæ, Norvegiæ et Gothiæ Regi illustri.*

LEO PAPA X.

Carissime in Christo Fili, salutem et apostolicam benedictionem; Retulit nobis dilectus filius Joannes Heytmers de Zonalben Clericus Leodiensis Diœceseos, commissarius noster, quem dudum ad inquirendum Libros vetustos, ad inclytas nationes Germaniæ, Daciæ, Sveciæ, Norwegiæ, et Gothiæ miseramus, in regno tuo, in castro videlicet Callenburgensi, Ottoniensis Diœceseos, alias repertos libros nonnullos vetustos Auctorum clarissimorum, Romanas præsertim Historias

Historias continentes, illosque tuo jussu diligenter custodiri. Magnum nos desiderium invasit, et ab ipso primo pontificatus nostri initio, viros quovis virtutum genere insignitos, præsertim litteratos, quantum cum Deo possumus, fovere, extollere, et juvare. Qua de causa, licet et nobis nonnihil dispendiosum sit, curamus indies diligentissime ut nostra impensa antiqui libri, qui temporum malignitate perirent, in lucem redeant. Quocirca Majestatem tuam ea, qua demum possumus affectione, hortamur, monemus, et enixius in Domino obtestamur, ut, in quantum nobis rem gratam facere unquam animo proponit, tam dictos, quam alios quosvis antiquos libros sui regni dignos, et qui desiderentur, ad nos transmittere curet, illos statim receptura, cum excripti hic fuerint, juxta obligationem per Cameram nostram Apostolicam factam, seu quam dictus Joannes Heytmers ad id mandatum sufficiens habens, nomine dictæ cameræ denuo duxerit faciendam. Quod si Majestas tua fecerit, et ingens nomen apud viros litteratos consequetur, et nobis adeo rem gratam faciet, ut nihil supra. Mittimus autem in præsentia Majestati tuæ confessionale in forma Principum, tam illi, quam suæ Consorti, et duodecim personis, per vos nominandis concessum; munus, si id ad cœlum respicere volueris, maximum. Non minora etiam pollicemur, et Majestati tuæ offerimus, quæ illi grata esse in dies cognoscemus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, octavo Novembris. An. M.D.XVIII. Pont. nostri anno quinto.

JAC. SADOLETUS.

# N°. CCI.

(*Vol.* iv. *p.* 203.)

*Ex Codice MS. Marucelliano. Florent. A.* 82.

ODE ZENOBII ACCIAIOLI, QUA LEO X. LUMINARE MAJUS ECCLESIÆ, SOLI SEU APOLLINI COMPARATUR, INVITATURQUE AD COLLIS QUIRINALIS ORNATUM; EXEMPLO LEONIS ILLIUS QUI PARTEM URBIS TRANSTYBERINAM, DICI A SE LEONINAM VOLUIT.

VERIS DESCRIPTIO.

ORBIS ut nostri superas ad Arctos
Sol pater Lucis redit, atque Phryxi
Aureus vector gemino refulget
Splendidus auro,
Excitus fundo locuples ab imo
Dis opes farcti penoris remittit;
Æquus alternis variare summum
Dotibus orbem.
Quæque contractis hyemem diebus
Passa, fumoso latuit sub antro,
Vesta, mutatos viridi colorat
Gramine vultus.
Chloris augustam Charitesque matrem
Sedulò circùm refovent honore;
Veris ubertim gravido ferentes
Munera cornu.
Jam caput lætum Dominæ sedenti
Frondibus silvæ teneris obumbrant,
Jamque substerni pedibus decoris
Lilia certant.

Rorido

Rorido ludit pecus omne campo,
Reddit et lucus volucrum querelas,
Blanda subsultim penetrat voluptas
Sæcla animantum.
Ipse Pythonis colubri nepotes
Enecat cinctus radiis Apollo;
Ipse et arguto chelyos sonoræ
Temperat orbem.
Flecte nunc versus, age mens canenti,
Numen ut sacri recinam Leonis;
Quem parem Dio, similemque Soli
Mundus adorat.
Sol, Leo noster, domus anne Solis?
Ipse Sol idem, domus atque Solis;
Quem sub arcano Sophia nitentem
Pectore gestat.
Ergo non artis medicæ salubres,
Respuit noster, titulos Apollo,
Doctus et vocum numeros, lyræque
Carmina doctus.
Qua movet gressus, hilarata pulcro
Ridet occursu facies locorum;
Sive per campos, Tiberisque valles,
Seu juga fertur.
Nempe cum visens Laterana templa
Movit ex imo, veniens ad altos
Romuli colles, manifesta Solis
Fulsit imago.
Fulsit et verni species nitoris,
Sole cum tristes abeunt pruinæ,
Cumque prætentu vario renidet
Dædala tellus.
Quippe quæ vastis regio ruinis
Horret, aggestas operitque moles,
Attali cultu Tyrioque late
Splenduit ostro.

Coccinis tecti juvenes abollis,
Aureis tectos præiere patres;
Impari sicut radiant Olympi
Sidera luce.

Ille sed fulgor radios euntis
Obruit turbæ populique visus,
Celsa cum Phœbo similis refulsit
Thensa LEONIS.

Namque gemmato rutilabat auro
Triplici surgens obitu coronæ,
Inferi, summi, et medii potestas
Inclita mundi.

Lenis augusto gravitas ab ore
Testis arcanæ bene fida mentis,
Pace diffusa populi tuentis
Pectora traxit.

Quale non unquam Latio potenti
Sæculis vidit decus evolutis
Roma, cum victrix domito triumphos
Extulit orbe.

Sive cum strato Macedum tyranno
Regios hausit male sana luxus,
Sive cum Troja genitos ad astra
Misit Julos.

Quippe non cæsis hominum maniplis,
Tollimus nostro titulos LEONI;
Capta nec Regum Latia ferimus
Colla bipenni.

Munda sed cordis pietas amici,
Debitos reddit meritis honores;
Ambitu pulso patefacta gaudens
Regna tonantis.

Ponimus juris cupido tuendi,
Ponimus pacis cupido triumphos,
Ponimus, sacras Domino colenti
Palladis artes.

Jamque

Jamque fundator Latiæ Quirinus
Urbis, e divo sibi dedicato
Gestit, ardentique vocat LEONIS
Numina voto.
Advocat trina similis corona, et
Jure Silvester parili LEONEM
Collis abrupti modica sacratum
Numen in ara.
Solis adventu siquidem LEONIS,
Squalor informis senii recedet,
Surget et templo domibusque sedes
Aucta verendis.
Huc frequens almi jubar, huc LEONIS
Adsit, huc frontis radios amicæ
Flectat, huc sedes amet, huc beatos
Ducere gressus.
Parva ne solum, tenuisque Roma
Tibris objectu, a Latio recedens;
Ipsa sed major quoque jam vocetur
Roma LEONIS.

---

## N°. CCII.

(*Vol.* iv. *p.* 230.)

*Brunck. Analecta vet. Poet. Græc. tom.* ii. *p.* 49.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΤΟΥ ΚΑΙΡΟΥ.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος, Σὺ δὲ, τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.

Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. Τί δε ταρσοὺς
  Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δε δέξιτερῃ τί φέρεις ξυρὸν; Ἀνδράσι δεῖγμα
  Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι
  Νὴ Δία, τάξοπιθὲν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
  Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοὔνεχ' ὁ τεχνίτας σε διέπλασεν; Εἵνεκεν ὑμέων,
  Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

## In Simulacrum Occasionis et Pænitentiæ.

Ausonius, *Epig.* xii.

Cujus opus? Phidiæ, qui signum Pallados, ejus
  Quique Jovem fecit tertia palma ego sum.
Sum dea quæ rara, et paucis *Occasio* nota.
  Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum. Mercurius quæ
  Fortunare solet, tardo ego, cum volui.
Crine tegis faciem. Cognosci nolo. Sed heus tu
  Occipiti calvo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ sis.
  Sum Dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pænas;
  Nempe ut pœnitent, sic Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? Si quando volavi
  Hæc manet, hanc retinent quos ego præterii.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris
  Elapsam dices me tibi de manibus.

## Capitolo dell' Occasione di Nicolo Machiavelli.

Chi sei tu, che non par donna mortale,
  Di tanta grazia il ciel t' adorna et dota?
Perchè non posi? perchè a' piedi hai l'ale?
  Io son *l'Occasione*, a pochi nota.

E la

E la cagion che sempre mi travagli
E', perch' io tengo un piè sopra una rota.
Volar non è che al mio correr s' agguagli,
E però l' ale a' piedi mi mantengo.
Acciò nel corso mio ciascuno abbagli.
Gli sparsi miei capei dinanzi io tengo;
Con essi mi ricuopro il pètto e'l volto
Perch' un non mi conosca quando vengo.
Dietro del capo ogni capel m' è tolto,
Onde in van s'affatica un, se gli avviene,
Ch' io l'abbia trapassato, o s'io mi volto.
Dimmi chi è colei che teco viene?
E' *Penitenza;* e però nota e intendi
Chi non sa prender me costei ritiene.
E tu, mentre parlando il tempo spendi,
Occupato da molti pensier vani,
Già non t' avvedi, lasso, e non comprendi
Com' io ti son fuggita dalle mani!

IMITATED.

Hah! who art thou, of more than mortal birth,
Whom heaven adorns with beauty's brightest beam?
On wings of speed why spurn'st thou thus the earth?
Known but to few, OCCASION is my name.
No rest I find; for underneath my feet
Th' eternal circle rolls that speeds my way.
Not the swift eagle wins his course so fleet;
And these my glittering pennons I display
That from the dazzling sight thine eyes may turn away.

In full luxuriance o'er my angel face
Float my loose tresses free and unconfined,
That thro' the veil my features few can trace;
But not one hair adorns my head behind.
Once past, for ever gone; no mortal might
Shall bid the ceaseless wheel return again.

But

But who is she, companion of thy flight?
*Repentance.* If thou grasp at me in vain
Then must thou in thy arms her loathsome form retain.

And now, whilst heedless of the truths I sing,
Vain thoughts and fond desires thy time employ;
Ah, see'st thou not, on soft and silent wing,
The form that smil'd so fair has glided by!

---

## No. CCIII.

(*Vol.* iv. *p.* 261.)

*Carm. Illust. Poet. Ital. vol.* iii. *p.* 70.

### Ad Leonem X.

### Cœlii Calcagnini.

VIX admittere vota, vix rogari
Se sinunt alii; nec erubescunt
Quum rogaveris usque, pernegare;
Aut, si dant, dare (Dii boni) arroganter
Ita ut displiceat tulisse votum.
At nos Maximo, et Optimo Leoni
Grates dicimus, antequam rogemus.
O incredibilem, atque singularem,
Quam nec sæcula viderint priora,
Nec ventura dehinc tacere possint
Longa sæcula, liberalitatem,
Dignam numine Maximi Leonis!

# No. CCIV.

(*Vol.* iv. *p.* 276.)

*Pierii Valeriani Hexametri, &c. p.* 63. *Ed. Fer.* 1550.

AD LEONEM. X. DE NAVI ÆSCULAPII IN INSULA TYBERINA PAULO ANTE EXERTA QUAM IPSE CARD. OLIM A NAVICULA, PONT. MAX. EFFICERETUR.

ILLA ergo nuper reddita lumini
Longe Esculapii Navis, in insula
Quam vorticosus turbulenta
Mordet aqua Tyberinus amnis.
Quæ fato in alta delituit diu
Oppressa harena, et sentibus obsita
Nulli advenarum per tot annos
Nota, neque indigenis Quiritum.
Visa illa quondam Sarronico e sinu
Appulsa; Romæ quum veheret sacrum
Anguem laboranti salutem,
Gaudiaque, et requiem daturum.
Quæ firma nostra in ripa ubi constitit
Plaudente Roma, et remige per foros
Lasciviente, atram repente
Illa luem, illa famem hinc fugavit.
Mox quanta ponto porgier in latus
Proramque puppimque est solita, hic diu
Mansura, consensu Deorum
In lapidem obriguit sacratum,
Dum Roma summam rerum habuit potens,
Dumque Imperator jura dabat probus
Æquata cunctis, in verendo
Cultu habita, et celebrata Navis.

Postquam

Postquam furore et civium, et hostium
  In longa adaucto secula, funditus
  Eversa Roma est, et Triremis
  Obruta in his latuit ruinis,
Effossa at imo non temere est solo
  Nunc demum, et undis eminet ardua
  Spondens salutem rebus ævi
  Pestiferis operosiorem.
Præsente nam qui numine Pontifex
  Electus, ima in Tartara dat scelus
  Bellorum, et accersitam Olympo
  Huc placidam jubet ire pacem.
Hanc illa quondam Navicula in jugis
  Suspensa Romæ fatidico omine,
  Rectore Jano, olim affuturam
  Pollicita est miseris quietem.
Quæ vel per omnis æquoris impetus
  Jactata, nunquam victa laboribus
  Emersit, en felix subit nunc
  Hostia tuta tenetque portum.
Nec viperini terga voluminis
  Nugasque, verum sed Medicum tibi
  Exponit advectum, petitamque
  Urbibus, et populis salutem;
Qui signa passim tollere vulnerum
  Et fronti inustas approperet notas
  Quæ decoloravere pulchram
  Italiæ faciem venust[illegible]
Jam criminosis Principibus modus,
  Tamque obstinatis seditionibus
  Ponenda finis. Mens Leon[illegible]
  Sanguineum prohibere bellum.
Seu Gallia omnis, sive Britannia
  Tota, inquietus seu strepuit Adria,
  Fluctusve Iberus, seu superbit
  Sarmatiæ imperiosus æstus.

Exurge

Exurge Virtus inclyta, et, o pii
  Prodite mores; vos Leo, vos favor,
  Quem mente tota olim petistis
  Evocat, et precium laboris
In circo honesti ponit, ut omnium
  Mens excitetur; nemoque inaniter
  Sudabit hic, utcumque fessus,
  Jamque animet sua quemque Virtus.
At litterarum o præsidium, o Virûm
  Decus bonorum, si tibi maxima
  Rerum potestas, sique habenas
  Suppositi moderaris orbis;
Si mille jam sunt nomina, milleque
  Artes juvandi, Vive Pater diu.
  Hoc nos precari ex corde quimus;
  Tu facere, et superare vota.

---

## No. CCV.

*(Vol. iv. p. 279.)*

*Carm. quinque illustr. Poet. p. 64.*

*Balthasaris Castilionii.*

### Cleopatra.

Marmore quisquis in hoc sævis admorsa colubris
Brachia, et æterna torpentia lumina nocte
Adspicis; invitam ne crede occumbere letho.
Victores vetuere diu me abrumpere vitam,
Regina ut veherer celebri captiva triumpho;
Scilicet et nuribus parerem serva Latinis,

Illa

Illa ego progenies tot ducta ab origine regum,
Quam Pharii coluit gens fortunata Canopi,
Delitiis fovitque suis Ægyptia tellus,
Atque Oriens omnis Divum dignatus honore est.
Sed virtus, pulchræque necis generosa cupido
Vicit vitæ ignominiam, insidiasque tyranni.
Libertas nam parta nece est, nec vincula sensi,
Umbraque Tartareas descendi libera ad undas;
Quod licuisse mihi indignatus perfidus hostis,
Sævitiæ insanis stimulis exarsit, et irâ.
Namque triumphali invectus Capitolia curru,
Insignes inter titulos, gentesque subactas,
Extinctæ infelix simulacrum duxit, et amens
Spectaclo explevit crudelia lumina inani.
Neu longæva vetustas facti famam aboleret,
Aut seris mea sors ignota nepotibus esset,
Effigiem excudi spiranti e marmore jussit,
Testari et casus fatum miserabile nostri.
Quam deinde, ingenium artificis miratus Julus
Egregium, celebri visendam sede locavit
Signa inter veterum heroum, saxoque perennes
Supposuit lacrimas ægræ solatia mentis;
Optatæ non ut deflerem gaudia mortis,
(Nam mihi nec lacrimas lethali vipera morsu
Excussit, nec mors ullum intulit ipsa timorem)
Sed caro ut cineri, et dilecti conjugis umbræ
Æternas lacrimas, æterni pignus amoris
Mœsta darem, inferiasque inopes, et tristia dona.
Has etiam tamen infensi rapuere Quirites.
At tu, Magne Leo, Divum genus, aurea sub quo
Sæcula, et antiquæ redierunt laudis honores,
Si te præsidium miseris mortalibus ipse
Omnipotens Pater æthereo demisit Olympo,
Et tua si immensæ virtuti est æqua potestas,
Munificaque manu dispensas dona Deorum,

Annue

Annue supplicibus votis, nec vana preçari
Me sine; parva peto; lacrimas, Pater optime, redde,
Redde, oro, fletum, fletus mihi muneris instar,
Improba quando aliud nil jam Fortuna reliquit.
At Niobe, ausa Deos scelerata incessere lingua,
Induerit licet in durum præcordia marmor,
Flet tamen, assiduusque liquor de marmore manat.
Vita mihi dispar; vixi sine crimine, si non
Crimen amare vocas; fletus solamen amantum est.
Adde, quod afflictis nostræ jucunda voluptas
Sunt lacrimæ, dulcesque invitant murmure somnos.
Et cum exusta siti Icarius canis arva perurit;
Huc potum veniunt volucres, circumque, supraque
Frondibus insultant, tenero tum gramine læta
Terra viret, rutilantque suis poma aurea ramis,
Hic ubi odoratum surgens densa nemus umbra
Hesperidum dites truncos non invidet hortis.

---

## No. CCVI.

(*Vol.* iv. *p.* 280.)

LEON. X. PONT. MAX. IAMBICI.

IN LUCRETIÆ STATUAM.

LIBENTER occumbo, mea in præcordia
Adactum habens ferrum; juvat mea manu
Id præstitisse, quod Viraginum prius
Nulla ob pudicitiam peregit promptius;
Juvat cruorem contuéri proprium,
Illumque verbis execrari asperrimis.
Sanguen mi acerbius veneno colchico,

Ex

Ex quo canis Stygius, vel Hydra præferox
Artus meos compegit in pœnam asperam;
Lues flue, ac vetus reverte in toxicum.
Tabes amara exi; mihi invisa et gravis,
Quod fœceris corpus nitidum et amabile.
  Nec interim suas monet Lucretia
Civeis, pudore et castitate semper ut
Sint præditæ, fidemque servent integram
Suis maritis, cum sit hæc Mavortii
Laus magna populi, ut castitate fæminæ
Lætentur, et viris mage ista gloria
Placere studeant, quam nitore et gratia;
Quin id probasse cæde vel mea gravi
Lubet, statim animum purum oportere extrahi
Ab inquinati corporis custodia.

---

## No. CCVII.

(*Vol.* iv. *p.* 336.)

*Lilii Gregorii Gyraldi Poemátia.* *Ed. Lugd.* 1536

### Hymnus ad Divum Leonem, Pont. Max.

O QUI me gemino Parnassi in vertice sistat?
Aoniumque mihi præsenti numine plectrum
Sufficiat? dum te canimus, Leo Maxime, cujus
Auspiciis felix tranquilla per otia pacis
Mundus agit, veteres et [illegible]
Mortales; sævus cum jam fera bella tyrannus
Intentans, summa cuperet dominarier urbe,
Ferret et indomitos malesano in corde furores;

Eduxit

Eduxit Scythicamque manum, populumque ferocem
Vastantem late loca; dumque ea fama vagatur,
Italiæ gentes omnes, Romanaque pubes
Ancipiti est perculsa metu, spes nulla salutis,
Nulla fugæ ratio est, ostèntant omina dirum
Exitium. Haud aliter Gallis intrantibus urbem
Pertimuit, vel cum Cannensi clade superbus
Annibal insultans urbi est extrema minatus.
Ergo, te populus, te plebs, adiere patresque
Orantes veniam divos, pacemque per aras
Exquirunt, miserasque ferunt ad sydera voces.
At tecum (miseratus enim) tum plurima volvens
Obvius ire paras Regi, si flectere mentem,
Si possis dictis animum ad meliora referre.
Est locus, Eridano quo sese Mincius ingens,
Mincius Ocneas gelido qui pectore flammas
Servat adhuc, vatum placidus quique irrigat ora,
Miscet agens; huc jam provectus barbarus hostis
Venerat armato stipatus milite denso.
Illum hoc forte loco, parva comitante caterva
Offendis fidens animi, atque interritus armis.
Non tibi baccatum triplici diadema corona,
Sed lituus tantum præit, niveaque minister
Non peplum ex humero signis auroque coruscum,
Discinctus tunica. Tum Rex consistere jussit
Agmina, miratus quæ sit fiducia inermi.
Ecce autem (mirum) facies emittere lumen
Visa tua est, subitoque ignis splendente corona
Involvi, summoque duos de vertice divos
Fundere, lambebatque comas et tempora flamma.
Rex pavidus trepidare metu, mussare cohortes,
Diriguere animis visu, mens effera cessit;
Expleri nequit intentus Rex usque tuendo
Flagrantes vultus, hæret sed pectore toto.
Non secus Æneas stupuit, cum fundere Juli

Visus

Visus apex lumen, vel cum Lavinia virgo
Regales accensa comas, pater ipse Latinus.
Tum sic affaris, sustollens lumina, Regem.
Ipse Deûm tibi me genitor mandata per auras
Ferre jubet, cœlum et terras qui numine torquet.
Abstineas à cæde manus, Romanaque linquas
Tecta, nec Ausonium fas est tibi visere Tybrim.
Cede Deo; Divos nec contra audentior ito.
Vix ea fatus erat, cum Regi multa paranti
Obstruit os Divûm Pater, et vox faucibus hæsit.
Jam tum consilia in melius, tum denique mentem
Vertere Rex cœpit, ponitque ferocia mitis
Corda, volente Deo; nec jam parat obvius ire,
Quin dictis paret, vetitaque excedere terra
Actutum celerat, patriasque exquirere sedes
Omnibus est animus, par est sententia cunctis.
Ergo alacres redeunt. Tu pacis munera Romam
Læta refers: te læta capit Romana juventus;
Nomen in astra ferunt, lætis clamoribus omnes
Ingeminant pæana, et festa fronde coronis
Intexunt, cava tum tinnitus turribus altis
Æra cient, feruntque Leo, Leo, compita et aræ.
Hæc tua facta quidem. Sed quo nunc carmine dicam?
Vel cum restituitque manum castissima Virgo?
Vel cum consilioque patrum sacrique senatus
Dissidium unigenæ reluis, cogisque fateri
Nestorium esse triplex uno sub numine numen.
Barbarica disjecta manu, nova mœnia Romæ
Tu reparas, urbemque tuo de nomine ponis.
Tu sacros ritus, tu mystica munera noris,
Et fandi numeros, et sacra volumina legis.
Tuque Dei interpres, tu præpetis omina cœli
Numina tu vatum, et venientia tempora sentis.
Hinc tua te quando jam fata extrema vocarent,
Et circumfusi gemerent populusque patresque,

Hæc

Hæc ollis oracla canis, divine Sacerdos.
Parcite lamentis, lachrymas et mittite inaneis.
Prædicam; veniet olim labentibus annis
Tyrrhena qui gente meo me nomine reddet,
Atque umbrata geret regali tempora mitra,
Uni cui pacis studium, cui secula curæ
Aurea, qui rursus pacata per otia mundum
Componet, convulsa suo qui corpore membra
Restituet, patresque vocet, sanctumque senatum,
Sacraque cui lambent proni vestigia Reges.
Quique Scythas super et Turcas, super et Garamantas
Proferet imperium Romæ, gentesque salubri
Mersabit fluvio, mores vitamque docebit
Relligionem animis, hunc expectate futurum.
Hæc dicens, placida compostus pace quiesti,
Aureaque in solio stellantis regia cœli
Te capit, et Divûm numerum felicior auges.
Unde reos voti damnas, propriusque tonantis
Colloquio frueris divino nectare pastus.
Salve, sancte pater, Romani maxime custos
Imperii, salve magnum decus addite magnis
Cœlicolis, Italæ magnum decus addite genti.
Jamque tuo felix adsis, pater alme, Leoni,
Et votis faveas princeps et rite secundes,
Si tua consequitur cupidus vestigia morum,
Si Solium hoc animo et Sceptrum sacramque Tiaram
Suscepit, populos vocet ut sub fœdera pacis.

## N°. CCVIII.

(*Vol.* iv. *p.* 346.)

*Vasari Ragionamenti. p.* 88.

### Giorgio e Principe.

G. DOPO questa congiura, che V. E. ha detto, seguì la morte di Papa Giulio secondo, onde al Legato de' Medici convenne andare a Roma al conclave per fare il nuovo Pontefice, e molti buoni ingegni dal proceder della vita felicemente augurarono, tal dignità dovere cadere in lui. Giovanni adunque entrato in conclave tirò dalla parte sua con l'affabilità, e le altre sue virtù tutti i Cardinali piu giovani, e nati di sangue reale, e illustri, e in quella età fioriti di virtù, e di ricchezze; e anchorchè molti Cardinali vecchi per merito, e per dottrina, e benevolenza popolare si promettessero il Papato, e più degli altri Raffaello Riario Cardinale di San Giorgio, fu con universal concorso adorato Pontefice, considerato da' Cardinali, che l' imperio della Repubblica Christiana si doveva per ogni sorte di virtù di animo, e di corpo dare a Giovanni. E perchè mi è parso, che la coronazione sia più gloriosa, e storia più degna d' onore, che il crearlo, per la publica pompa fatta da lui a San Giovanni Laterano, ho figurato quello spettacolo onorato, e glorioso, e degno di tanto merito; così ho cercò farci tutte quelle persone segnalate, che a questa onorata incoronazione si trovarono.

P. Bene avete fatto: ma incominciate un poco a dirmi, chi sono que' quattro a cavallo armati d'arme bianca con quelli stendardi in mano? benchè mi par conoscere, che questi,

questi, che è qua innanzi su quel cavallo leardo sia all' effigie il Signor Giovanni mio avolo; ditèmi è egli esso?

G. V. E' l' ha conosciuto, perchè a questa incoronazione egli porto lo stendardo dentrovi l' armè del Papa. Quell' altro, che gli è allato in su quel turco rosso a cavallo, che ha armata la testa con quella croce bianca al collo, e barba nera, è Giulio de' Medici allora Cavalier di Rodi, cugino di Leone, il quale portò lo stendardo della Religione, che fu poi dopo Papa Adriano chiamato Clemente settimo. L'altro, che è in su quel cavallo ginnetto dietro a loro con la barba bianca, anch'egli armato, è Alfonso Duca di Ferrara, che come Capitano Generale portò lo stendardo della Chiesa. L'ultimo con la barba nera, e tonda è Francescomaria Duca d'Urbino Prefetto di Roma, che portava lo stendardo del Popolo Romano in compagnia loro.

P. Veramente che tutti e quattro meritano lode: ma ditemi, que' due Cardinali vestiti con le dalmatiche da Diaconi, che incoronano Papa Leone, son' eglino ritratti di naturale, come mi pajono?

G. Signore son ritratti, e non solamente questi, ma tutto questo collegio, che è intorno al Papa. L' uno delli assistenti con l' abito di Diacono a man dritta è Francesco Piccolomini, e l'altro col medesimo abito è Lodovico d' Aragona. Questo primo qua innanzi, che ci volta le spalle col piviale rosso, e con la mitra in capo di dommasco, che accenna inverso il Papa, è Alfonso Petrucci Cardinal Sanese, il quale parla con Marco Cardinale Cornaro anch' egli vestito del medesimo abito, ma di paonazzo.

P. Questi è quegli, che favorì tanto Leone nel conclave; ma ditemi, quegli, che gli è vicino, mi pare Alessandro Cardinal Farnese, che fu poi Papa Paolo terzo; mi pare aver visto quella cera altre volte; è egli esso?

G. Signore gli è desso, e sopra lui è il Cardinale Bandinello Sauli Genovese; l'altro in proffilo con quella barba sì neretta è il Cardinale San Severino ribenedetto da Leone, che era al concilio contra Papa Giulio, il quale parla con Francesco Soderini Cardinale di Volterra.

P. Chi è quel più giovane, che siede sopra, allato a lui?

G. E' Antonio Cardinale di Monte, il quale, perchè fu ardentissimo nelle cose del concilio contra il San Severino, e gli altri, sendo Auditor di Ruota, fu da Giulio secondo fatto Cardinale.

P. Bellissima, e onorata fatica; è gran ventura di questa opera aver trovati tanti ritratti di sì alti personaggi. Considero, Giorgio, a questa felicità, che pose Lui, e casa nostra in tanta altezza; e certo che avete tenuto nello spartirgli un bell' ordine: ma questo ignudo a giacere qua innanzi a uso di fiume ammiratissimo, che guarda Papa Leone, che significa?

G. E' fatto per il fiume del Tevere, il quale appoggiato in su la sua Lupa, che allatta Romolo e Remo, e coronato di quercia, e di alloro mostra la fortezza, e la grandezza dell' imperio Romano; il corno della copia, e il remo da barche, l' uno è per l' abbondanza, in che tenne Leone Roma nel suo Pontificato, l' altro per la sicurtà de' Mari: dietro v' è quella Roma di bronzo, la quale fu per lui restaurata, pasciuta, e rimunerata; e mostrano vedendo il Tevere, e Lei incoronar Leone quel segno maggiore di allegrezza, che possono, e di felicità. Certo, Signor Principe, che fu grandissima cosa vedere di questa illustre Casa un Papa nobilissimo di sangue, e di costumi, gravissimo di lettere, e altre virtù rare, e di natura piacevole.

P. E lo

P. E lo dimostrò infinitamente in questa sua incoronazione, o creazione, poichè perdonò a tutti i suoi nimici, fino a i Cardinali ribelli per il concilio fatto contra Giulio secondo; ditemi, dove si fece questa incoronazione?

G. A San Giovanni Laterano, e fu a' dieci d' Aprile nel tredici, e cavalcò il medesimo caval turco, sul quale egli fu fatto a Ravenna prigione; e se io avessi avuto luogo, che avessi potuto dipignere gli apparati, e l' abbondanza delle livree, e altre cose grandi, non mi sarebbe bastata questa sala, nè forse tutto questo palazzo; massime che da Leone in qua a San Giovanni non s' è fatto per sei Pontificati, che sono stati dopo lui, altra coronazione, considerato che la camera Apostolica, e il Popolo Romano fece allora una spesa, e una festa, che non ebbe mai Roma la piu felice in tutte le coronazioni dei Pontefici.

P. Certamente che n' ho avuto piacere; voltiamoci a questo ottangolo del canto, che segue.

G. Eccomi; questo Signor Principe fu, che il Popolo Romano per onorar Leone con grandissima pompa, e ambizione feciono Giuliano de' Medici fratello carnale del Papa Cittadino Romano, e che Leone in que' giorni creò que' quattro Cardinali, che sono quelli, che io ho dipinto, che gli seggono intorno; che il primo capello fu dato da Sua Santità a Giulio de' Medici suo cugino, quasi che con la provvidenza dell' intelletto suo cercasse di perpetuare per questo modo la grandezza di casa sua, poichè Giulio Cardinal de' Medici non molto dopo sedè nel medesimo luogo.

P. Io veggo il suo ritratto nell' abito di Cardinale, che lo somiglia molto, che ha la berratta nella mano, che si appoggia al petto.

 G. Egli

G. Egli è desso; l' altro, che siede a' piedi a Leone con cera oscura, con la barba nera, è Innocenzio Cibo figliuolo di Maddalena sua sorella, maritata al Signor Franceschetto Cibo, riconoscendo il gran principio della dignità sua datagli nella sua adolescenza da Papa Innocenzio ottavo, rimettendo il cappello rosso in quella casa, donde l' aveva cavato. Il terzo cappello fu dato a quel vecchio, che siede sotto Innocenzio Cibo, il quale è Lorenzo Pucci, che lo meritò da Leone per età, e singolar fede, la quale d' ogni tempo non venne mai meno in lui verso la casa de' Medici. Il quarto cappello fu di Bernardo Dovizi da Bibbiena, che per fatica d'ingegno, e di fedele industria, e di amirabil familiarità lo servì fino alla morte, che è quella figura tutta intera, vestita di paonazzo chiaro, con l' abito Cardinalesco.

P. Io ho visto quella effigie altre volte: ma ditemi, quello armato tutto di arme bianca, inginocchione dinanzi a Papa Leone, che riceve que' due stendardi, uno con l' arme di santa Chiesa, e l' altro di casa Medici, ricevendo quel breve Papale, mi pare riconoscere, che sia al proffilo il Magnifico Giuliano fratello del Papa.

G. Egli è desso, che fu mandato poi in Lombardia per ovviare all' impresa, che disegnava fare Francesco Primo Re di Francia, desideroso impadronirsi d' Italia.

---

## N°. CCIX.

(*Vol.* iv. *p.* 360.)

*Bembi Ep. Pontif. lib.* ix. *Ep.* 13.

RAPHAELO URBINATI.

CUM præter picturæ artem, qua in arte te excellere omnes homines intelligunt, is a Bramante Architecto etiam in con-

struendis

struendis ædibus es habitus, ut tibi illo recte Principis Apostolorum templi Romani, a se inchoati ædificationem committi posse moriens existimaverit, idque tu nobis forma ejus templi confecta, quæ desiderabatur, totiusque operis ratione tradita docte atque abunde probaveris: Nos quibus nihil est prope antiquius, quam ut phanum quam magnificentissime quamque celerrime construatur, te magistrum ejus operis facimus cum stipendio nummum aureorum trecentorum, tibi annis singulis curandorum a nostris pecuniarum, quæ ad ejus phani ædificationem erogantur, ad nosque perferuntur. Magistris a quibus id stipendium æquis pro tempore portionibus dari tibi cum petieris, sine mora etiam mensibus singulis jubeo. Te vero hortor, ut hujus muneris curam ita suscipias, ut in eo exercendo cum existimationis tuæ ac nominis, quorum quidem in juvenili ætate bona fundamenta jacere te oportet, tam spei de te nostræ, paternæque in te benevolentiæ, demum etiam phani, quod in toto orbe terrarum longe omnium maximum atque sanctissimum semper fuit, dignitatis et celebritatis, et in ipsum principem Apostolorum debitæ a nobis pietatis, rationem habuisse videare, Dat. Cal. Aug. An. secundo. Roma,

## N°. CCX.

(*Vol.* iv. *p.* 361.)

*Bembi Ep. Pontif. lib.* x. *Ep.* 51.

RAPHAELO URBINATI.

CUM ad Principis Apostolorum phanum Romanum exædificandum maxime intersit, ut lapidum marmorisque copia, quæ abundare nos oportet, domi potius habeatur, quam peregre advehatur: exploratum autem mihi sit magnam ejus rei facultatem urbis ruinas suppeditare, effodique passim omnis

omnis generis, saxa fere ab omnibus, qui Romæ, quique etiam prope Romam edificare aliquid, vel omnino terram vertere parumper moliuntur: te quo magistro ejus ædificationis utor, marmorum, et lapidum omnium, qui Romæ quique extra Romam denum milium passuum spacio posthac eruentur, Præfectum facio, ea de caussa, ut quæ ad ejus phani ædificationem idonea erunt, mihi emas. Quare mando omnibus hominibus, mediocribus, summis, infimis, quæ posthac marmora, quæque saxa omnis generis intra ejus, quem dixi, loci spacium eruent, effodient, ut te earum rerum præfectum de singulis erutis effossisve quamprimum certiorem faciant. Id qui triduo non fecerit, ei a centum usque ad trecentum nummum aureorum, quæ tibi videbitur, mulcta esto. Præterea quoniam certior sum factus, multum antiqui marmoris et saxi, literis monumentisque incisi, quæ quidem sæpe monumenta notam aliquam egregiam præ se ferunt, quæque servari operæ precium esset ad cultum literarum Romanique sermonis elegantiam excolendam, a fabris marmorariis eo pro materia utentibus temere secari, ita, ut inscriptiones aboleantur: mando omnibus, qui cædendi marmoris artem Romæ exercent, ut sine tuo jussu aut permissu lapidem ullum inscriptum cædere secareve ne audeant: eadem illi mulcta adhibita, qui secus atque jubeo fecerit. Dat. sexto Cal. Sept. Anno tertio. Roma.

---

## N°. CCXI.

*(Vol. iv. p. 371.)*

*Francesconi, Discorso all' Academ. Fiorentina. Firen.* 1799.

RAFFAELLO D'URBINO A PAPA LEONE X.

SONO molti, Padre Santissimo, i quali misurando col loro picciolo giudicio le cose grandissime, che delli Romani circa l' arme,

l' arme, e della Città di Roma circa al mirabile artificio, ai ricchi ornamenti, e alla grandezza degli edificj si scrivono, quelle più presto stimano favolose, che vere. Ma altrimenti a me suole avvenire; perchè considerando, dalle reliquie che ancor si veggono delle ruine di Roma, la divinità di quegli animi antichi, non istimo fuor di ragione il credere, che molte cose a noi pajano impossibili, che ad essi erano facilissime. Però essendo io stato assai studioso di queste antiquità, e avendo posto non picciola cura in cercarle minutamente, e misurarle con diligenza, e leggendo i buoni autori, confrontare l' opere con le scritture, penso di aver conseguito qualche notizia dell' Architettura antica. Il che in un punto mi dà grandissimo piacere, per la cognizione di cosa tanto eccellente; e grandissimo dolore, vedendo quasi il cadavero di quella nobil patria, che è stata regina del mondo, così miseramente lacerato. Onde se ad ognuno è debita la pietà verso i parenti, e la patria, tengomi obligato di esporre tutte le picciole forze mie, acciochè più che si può resti vivo un poco della immagine, e quasi l' ombra di questa, che in vero è patria universale di tutti li Christiani, e per un tempo è stata tanto nobile, o potente, che già cominciavano gli uomini a credere, ch' essa sola sotto il cielo fosse sopra la fortuna, e, contro il corso naturale, essente dalla morte, e per durare perpetuamente. Però parve, che il tempo, come invidioso della gloria de' mortali, non confidatosi pienamente delle sue forze sole, si accordasse con la fortuna, e con li profani, e scellerati Barbari, li quali alla edace lima, e venenato morso di quello aggiungessero l'empio furore, e'l ferro, e il fuoco, e tutti quelli modi che bastavano per ruinarla. Onde quelle famose opere che oggidì più che mai sarebbono floride, e belle, furono dalla scellerata rabbia, e crudele impeto de' malvagj uomini, anzi fiere, arse, e distrutte; sebbene non tanto, che von vi restasse quasi la macchina del tutto, ma senza ornamenti, e, per dir così, l'ossa del corpo senza carne. Ma perchè ci dolceremo noi de' Gotti, Vandali, e d'altri tali

perfidi

perfidi nemici? se quelli li quali come padri, e tutori dovevano difendere queste povere reliquie di Roma, essi medesimi hanno lungamente atteso a distruggerle? Quanti Pontefici, Padre Santissimo, li quali avevano il medesimo officio che ha Vostra Santità, ma non già il medesimo sapere, nè il medesimo valore e grandezza d' animo, nè quella clemenza, che la fa simile a Dio; quanti, dico, Pontefici hanno atteso a ruinare tempj antichi, statue, archi, e altri edificj gloriosi! Quanti hanno comportato, che solamente per pigliar terra pozzolana si sieno scavati dei fondamenti! onde in poco tempo poi gli edificj sono venuti a terra. Quanta calce si è fatta di statue, e d' altri ornamenti antichi! che ardirei dire, che tutta questa Roma nuova, che ora si vede, quanto grande ch' ella si sia, quanto bella, quanto ornata di palagi, chiese, e altri edificj che la scopriamo, tutta è fabbricata di calce di marmi antichi. Nè senza molta compassione posso io ricordarmi, che poi ch' io sono in Roma, che ancor non è l'undecimo anno, sono state ruinate tante cose belle, come la Meta che era nella Via Alessandrina, l'Arco mal' avventurato, tante colonne, e tempj, massimamente da M. Bartolommeo dalla Rovere. Non deve adunque, Padre Santissimo, essere tra gli ultimi pensieri di Vostra Santità lo aver cura che quel poco che resta di questa antica madre della gloria, e della grandezza Italiana, per testimonio del valore, e della virtù di quegli animi divini, che pur talor con la loro memoria eccitano alla virtù gli spiriti che oggidì sono tra noi, non sia estirpato, e guasto dalli maligni, e ignoranti; che pur troppo si sono infin quì fatte ingiurie a quelle anime, che col loro sangue partorirono tanta gloria al mondo. Ma più presto cerchi Vostra Santità, lasciando vivo il paragone degli antichi, agguagliarli, e superarli; come ben fa con grandi edificj, col nutrire, e favorire le virtuti, risvegliare gl' ingegni, dar premio alle virtuose fatiche, spargendo il santissimo seme della pace tra li Principi Cristiani; perchè come dalla calamità della guerra nasce la distruzione, e ruina

di

di tutte le discipline, ed arti, così dalla pace, e concordia nasce la felicità a' popoli, e il laudabile ozio, per lo quale ad esse si può dar opera, e farci arrivare al colmo dell' eccellenza; dove per lo divino consiglio di vostra Santità sperano tutti che si abbia da pervenire al secolo nostro; e questo è lo essere veramente Pastore clementissimo, anzi Padre ottimo di tutto il mondo. Essendomi adunque comandato da Vostra Santità, che io ponga in disegno Roma antica, quanto conoscere si può: per quello che oggidì si vede, con gli edificj che di se dimostrano tali reliquie, che per vero argomento si possono infallibilmente ridurre nel termine proprio come stavano, facendo quelli membri, che sono in tutto ruinati nè si veggono punto, corrispondenti a quelli che restano in piedi, e si veggono, ho usato ogni diligenza a me possibile, acciochè l'animo di Vostra Santità resti senza confusione ben satisfatto; e benchè io abbia cavato da molti autori Latini quello che intendo dì dimostrare, però tra gli altri principalmente ho seguitato** il quale per esser stato degli ultimi, può dar più presto particolar notizia delle ultime cose. E perchè forse a Vostra Santità potrebbe parere che difficil fosse il conoscere gli antificj antichi dalli moderni, o li più antichi dalli meno, non pretermetterò ancor le vie antiche, per non lasciar dubbio alcuno nella sua mente; anzi dico, che con poca fatica far si può; perchè tre sorti di edificj in Roma si trovano; l' una delle quali sono tutti gli antichi, ed antichissimi, li quali durarono fin' al tempo che Roma fu ruinata, e guasta da' Gotti, e altri Barbari; l' altra, tanto che Roma fu dominata da' Gotti, e ancor cento anni dappoi; l' altra, da quello fin' alli tempi nostri. Gli edificj adunque moderni, e de' tempi nostri sono notissimi, sì per esser nuovi, come ancor per non avere la maniera così bella come quelli del tempo degl' Imperatori, nè così goffa come quelli del tempo de' Gotti; di modo che, benchè siano più distanti di spazio di tempo, sono però più prossimi per la qualità, e posti quasi tra l' uno e l' altro. E quelli del tempo de' Gotti, benchè

siano

siano prossimi di tempo a quelli del tempo degl' Imperatori, sono differentissimi di qualità, e come due estremi, lasciando nel mezzo li più moderni. Non è adunque difficile li conoscere quelli del tempo degl' Imperatori, i quali sono li più eccellenti e fatti con grandissima arte, e bella maniera d'Architettura; e questi soli intendo io di dimostrare; nè bisogna che in cuore d'alcuno nasca dubbio, che degli edificj antichi li meno antichi fossero men belli, o meno intesi, perchè tutti erano d' una ragione. E benchè molte volte molti edificj dalli medesimi antichi fossero instaurati, come si legge che nel luogo dove era la Casa Aurea di Nerone, nel medesimo dappoi furono edificate le Terme di Tito, e la sua Casa, e l' Anfiteatro; nientedimeno erano fatte con la medesima ragione degli altri edificj ancor più antichi che il tempo di Nerone, e coetanei della Casa Aurea. E benchè le lettere, la scultura, la pittura, e quasi tutte l' altre arti fossero lungamente ite in declinazione, e peggiorando fin' al tempo degl' ultimi Imperatori, pure l'Architettura si osservava, e mantenevasi con buona ragione, e edificavasi con la medesima che li primi; e questa fu tra l' altre arti l' ultima che si perdè. Il che si può conoscere da molte cose; e tra l'altre dall' Arco di Costantino, il componimento del quale è bello, e ben fatto in tutto quello che appartiene all' Architettura; ma le sculture del medesimo Arco sono sciocchissime, senza arte, o bontate alcuna. Ma quelle che vi sono delle spoglie di Trajano, e d' Antonino Pio, sono eccellentissime, e di perfetta maniera. Il simile si vede nelle Terme Diocleziane; che le sculture sono goffissime, e le reliquie di pittura che vi si veggono, non hanno che fare con quelle del tempo di Trajano, e Tito: pure l'Architettura è nobile; e bene intesa. Ma poichè Roma da' Barbari in tutto fu ruinata, e arsa, parve che quello incendio, e misera ruina ardesse e ruinasse insieme con gli edificj, ancor l' arte dello edificare. Onde essendosi tanto mutata la fortuna de' Romani, e succedendo in luogo delle infinite vittorie, e trionfi, la calamità, e misera servitù;

2 quasi

quasi che non convenisse a quelli che già erano soggiogati, e fatti servi dalli Barbari abitare di quel modo, e con quella grandezza che facevano quando essi avevano soggiogati li Barbari, subito, con la fortuna si mutò il modo dell' edificare, e dello abitare; e apparve un' estremo tanto lontano dall' altro, quanto è la servitù dalla libertà; e si ridusse a maniera conforme alla sua miseria, senza misura, e senza grazia alcuna; e parve che gli uomini di quel tempo, insieme con la libertà perdessero tutto l' ingegno, e l' arte; perchè divennero tanto goffi, che non seppero fare li mattoni cotti, non che altra sorte d' ornamenti; e scrostavano li muri antichi per torre le pietre cotte; e pestavano li marmi, e con essi muravano; dividendo con quello mistura le pareti di pietra cotta; come ora si vede a quella *Torre* che chiamano *della Milizia*. E così per buono spazio seguirono con quella ignoranza che in tutte le cose di quei tempi si vede; e parve che non solamente in Italia venisse questa atroce, e crudele procella di guerra, e distruzione, ma si diffondesse ancora nella Grecia, dove già furono gl' inventori, e perfetti maestri di tutte l' arti. Onde di là ancor nacque una maniera di pittura, scultura, e architettura pessima, e di nessun valore. Parve dappoi, che i Tedeschi cominciassero a risvegliare un poco questa arte; ma negli ornamenti furono goffi, e lontanissimi dalla bella maniera de' Romani; li quali, oltre la macchina di tutto l' edificio, avevano bellissime cornici, belli fregi, architravi, colonne ornatissime di capitelli, e basi, e misurate con la proporzione dell' uomo, e della donna; e li Tedeschi (la maniera de' quali in molti luoghi ancor dura) per ornamento spesso ponevano solamente un qualche figurino rannicchiato, e mal fatto, per mensole a sostenere un trave; e animali strani, e figure, e fogliami goffi, e fuori d' ogni ragione naturale. Pure ebbe la loro Architettura questa origine, che nacque dagli arbori non ancor tagliati, li quali, piegati li rami, e rilegati insieme, fanno li loro terzi acuti. E benchè questa origine non sia in tutto da sprezzare; pure

è debole; perchè molto più reggerebbono le capanne fatte di travi incatenate, e poste a uso di colonne, con li culmini, e coprimenti, come descrive Vitruvio della origine dell' opera Dorica, che gli terzi acuti, li quali hanno due centri: E però molto più ancor sostiene, secondo la ragione mattematica, un mezzo tondo, il quale ogni sua linea tira ad un centro solo; perchè, oltre la debolezza, un terzo acuto non ha quella grazia all' occhio nostro; al quale piace la perfezione del circolo; onde vedesi che la Natura non cerca quasi altra forma. Ma non è necessario parlare dell' Architettura Romana, per farne paragone con la Barbara; perchè la differenza è notissima; nè ancor per descrivere l' ordine suo, essendone stato già tanto eccellentemente scritto per Vitruvio. Basti dunque sapere, che gli edificj di Roma insino al tempo degli ultimi Imperatori furono sempre edificati con buona ragione di Architettura, e però concordavano con li più antiche, onde difficoltà alcuna non è discernerli da quelli che furono al tempo de' Gotti, e ancor molti anni dappoi; perchè furono questi quasi due estremi, ed opposti totalmente; nè ancor' è malagevole il conoscerli dalli nostri moderni, per molte qualità, ma specialmente per la novità, che li fa notissimi. Avendo dunque abbastanza dichiarato, quali edificj antichi di Roma sono quelli ch' io intendo di dimostrare a Vostra Santità, conforme alla sua intenzione; ed ancor come facil cosa sia il conoscere quelli dagli altri; resta ch' io dica il modo che ho tenuto in misurarli, e disegnarli, acciochè Vostra Santità sappia s'io averò operato l' uno e l' altro senza errore; e perchè conosca che nella descrizione che seguirà, non mi sono governato a caso, e per sola pratica, ma con vera ragione. E per non aver' io insin' a mò veduto scritto, nè inteso che sia appresso d' alcuno antico il modo di misurare con la bussola della calamita; il qual modo soglio usare io; stimo che sia invenzione de' moderni; e però, volendo anche in questo ubbidire al comandamento di Vostra Santità, dirò minutamente come si abbia da adoperare, primachè si

passi

passi ad altro. Farassi adunque un' instromento tondo, e piano, come un' astrolabio; il diametro del quale sarà due palmi, o più, o meno, come piace a chi vuole adoperarlo; e la circonferenza di questo instromento si partirà in otto parti giuste, ed a ciascuna di quelle parti si porrà il nome d' uno degli otto venti; dividendola in trentadue altre parti picciole, che si chiamerano gradi. Così dal primo grado di Tramontana, si tirerà una linea dritta per mezzo il centro dell' instromento fino alla circonferenza; e questa all' opposito del primo grado di Tramontana farà il primo d' Ostro.. Medesimamente si tirerà pur dalla circonferenza un' altra linea, la quale passando per lo centro, intersecherà la linea d' Ostro, e Tramontana, e farà intorno al centre quattro angoli retti, e in un lato della circonferenza segnerà il primo grado del Levante, nell' altro il primo di Ponente. Così tra queste linee che fanno li soprascritti quattro venti principali, resterà lo spazio degli altri quattro collaterali, che sono Greco, Lebecchio, Maestro, e Scirocco; e questi si descriveranno con li medesimi gradi, e modo che si è detto degli altri. Fatto questo, nel punto del centro, dove s' intersecano le linee, conficcheremo un' umbilico di ferro, come un chiodetto, drittissimo, e acuto; e sopra questo si metterà la calamita in bilancia, come si usa di fare negli orivoli da Sole, che tutto dì veggiamo; poi chiuderemo questo luogo della calamita con un vetro, ovvero con un sottile corno trasparente, ma che non tocchi, per non impedire il moto di quella, nè sia sforzato dal vento. Dappoi per mezzo dell' instromento, come diametro, si manderà un' indice, il quale sarà sempre dimostrativo non solamente degli opposti venti, ma ancor de' gradi, come l'armilla nell' astrolabio; e questo si chiamerà *traguardo;* e sarà acconcio di modo, che si potrà volgere intorno, stante fermo il resto dell' instromento. Con questo adunque misureremo ogni sorte di edificio, di che forma si sia, o tondo, o quadro, o con istrani angoli, e svoglimenti, quanto dir si possa; e il modo è tale. Che nel luogo che si vuol misurare, si

si ponga lo inſtromento ben piano, acciochè la calamita vada al suo dritto, e s' accosti alla parte da misurarsi quanto comporta la circonferenza dell' instromento; e questo si vada volgendo tanto, che la calamita stia giusta verso il vento segnato per Tramontana; e come è ben ferma a questo verso, si dirizzi il traguarda con una regola di legno, o d'ottone giusto a filo di quella parete, o strada, o altra cosa che si vuole misurare, lasciando lo instromento fermo, acciochè la calamita servi il suo diritto verso Tramontana. Dappoi guardisi a qual vento, e a quanti gradi è volta per diritta linea quella parete, la quale si misurerà con la canna, o cubito, o palmo, fin' a quel termine che il traguardo porta per dritta linea; e questo numero si noti; cioè tanti cubiti, e tanti gradi di Ostro, o Scirocco, o qual si sia. Dappoi che il traguardo non serve più per dritta linea, devesi allora svogliere, cominciando l' altra linea che si ha da misurare, dove termina la misurata; e così indrizzandolo a quella, medesimamente notare i gradi del vento, e il numero delle misure fin tanto che si circuisca tutto l' edificio. E questo stimo io che basti quanto al misurare, benchè bisogna intendere le altezze, e i tondi; li quali si misurano in altra maniera; come poi si mostrerà a luogo più accomodato.

Avendo misurato di quel modo che si è detto, e notate tutte le misure, e prospetti, cioè tante canne, o palmi, a tanti gradi di tal vento; per disegnar bene il tutto, è opportuno aver una carta della forma, e misura propria della bussola della calamita, e partita appunto di quel medesimo modo, con li medesimi gradi delli venti; della quale ci serviremo come mostrerò. Pigliierassi dunque la cartasopra la quale si ha a disegnar lo edificio, e primamente si tirerà sopra d' essa una linea, la quale serva quasi per maestra, al diritto di Tramontana; poi vi si soprappone la carta dove si ha disegnata la bussola, e si dirizza di modo, che la linea di Tramontana nella bussola disegnata si convenga con quella che si è tirata

tirata nella carta dove si ha a disegnare lo edificio. Dappoi guardasi il numero delli piedi che si notarono misurando, e i gradi di quel vento verso il quale è indirizzato il muro, o via che si vuol disegnare; e così trovasi il medesimo grado di quel vento nella bussola disegnata, tenendola ferma con la linea di Tramontana sopra l' altra linea descritta nella carta; e tirasi la linea di quel grado diritta, che passi per lo centro della bussola disegnata, e si descrive nella carta dove si vuol disegnare. Dappoi riguardasi, quanti piedi si traguardò per dritto di quel grado, e tanti se ne segneranno con la misura delli nostri piccioli piedi su la linea di quel grado. E se, verbi grazia, si traguardò in un muro piedi 30. a gradi 6. di Levante, si misurano piedi 30. e segnansi. E così di mano in mano; di modo, che con la pratica si farà una facilità grandissima; e sarà questo quasi un disegno della pianta, e un memoriale per disegnare tutto il restante. E perchè, secondo il mio giudicio, molti s' ingannanno circa il disegnare gli edificj; che in luogo di far quello che appartiene all' Architetto, fanno quello che appartiene al Pittore, dirò qual modo mi pare che s' abbia a tenere, perchè si possano intendere tutte le misure giustamente; e perchè si sappiano trovare tutti li membri degli edificj senza errore. Il disegno adunque degli edificj si divide in tre parti; delle quali la prima è la pianta, o vogliamo dire disegno piano; al seconda è la parete di fuori, con li suoi ornamenti; la terza è la parete di dentro, pure con li suoi ornamenti. La pianta è quella, che comparte tutto lo spazio piano del luogo da edificare, o vogliamo dire il disegno del fondamento di tutto l' edificio, quando già è radente al piano della terra. Il qual spazio, benchè fosse in monte, bisogna ridurre in piano, e far che la linea delle basi del monte sia paralella con la linea delle basi de' piani dell' edificio. E per questo devesi pigliare la linea dritta del piede del monte, e non la circonferenza dell' altezza, di modo, che sopra quella cadano piombati, e perpendiculari tutti li muri; e chiamasi questo disegno pianta; quasi che, come

come lo spazio che occupa la pianta del piede, che è fondamento di tutto il corpo, così questa pianta sia fondamento di tutto l' edificio. Disegnata che si ha la pianta, e compartitovi li suoi membri con le larghezze loro, o in tondo, o in quadro, o in qual' altra forma si sia, devesi tirare, misurando sempre il tutto con la picciola misura, una linea della larghezza delle basi di tutto l' edificio; e dal punto di mezzo di questa linea tirare un' altra linea dritta, la quale faccia dall' un canto e dall' altro due angoli retti; e questa sia la linea della intrata dell' edificio; dalle due estremità della linea della larghezza tireransi due linee paralelle perpendiculari sopra la linea della base; e queste due linee sieno alte quanto ha da essere l' edificio; dappoi tra queste due estreme linee, che fanno l' altezza, si pigli la misura delle colonne, pilastri, finestre, e altri ornamenti disegnati nella metà della pianta di tutto l' edificio dinanzi; e da ciascun punto delle estremità delle colonne, o pilastri, e vani, ovvero ornamenti di finestre, si farà il tutto, sempre tirando linee paralelle a quelle due estreme. Dappoi per lo traverso si ponga l' altezza delle basi, delle colonne, delli capitelli, degli Architravi, delle finestre, fregi, cornici, e cose tali; e questo tutto si faccia con linee paralelle della linea del piano dello edificio; nè si diminuisca nella estremità dell' edificio, ancorchè fosse tondo, nè ancor se fosse quadro per fargli mostrare due faccie; come fanno alcuni, diminuendo quella che si allontano più dall' occhio; perchè subito che li disegni diminuiscono, sono fatti con intersecare li raggi piramidali dell' occhio; che è ragione di prospettiva, e appartiene al Pittore, non all' Architetto; il quale dalla linea diminuta non può pigliare alcuna giusta misura; il che è neceſsario a questo artificio, che ricerca tutte le misure perfette in fatto; non quelle che appajono, e non sono. Però al disegno dell' Architetto s' appartengono le misure tirate sempre con linee paralelle per ogni verso. E se le misure fatte talora sopra *pianta di forma tonda scortano*, ovvero diminuiscono; ovvero fatte pur sopra il dritto in

 triangolo,

triangolo, o altre forme; subito si ritrovano nel disegno della pianta; e quello che scorta nella pianta, come volte, archi, e triangoli, è poi perfetto nelli suoi dritti disegni; e per questo è sempre bisogno aver pronte le misure giuste de' palmi, piedi, dita, grani, fino alle sue parti minime. La terza parta di questo disegno è queſta che abbiamo chiamata la parete di dentro con li suoi ornamenti; e questa è necessaria non meno che l' altre due; ed è fatta medesimamente della pianta con le linee paralelle, come la parte di fuori, e dimostra la metà dell' edificio di dentro, come se fosse diviso per mezzo; dimostra il cortile; la corrispondenza dell' altezza delle cornici di fuori con quelle di dentro; l' altezza delle finestre, delle porte; gli archi delle volte a botte, o a crociera, o a che altra foggia si sieno. In somma con questi tre modi si possono considerare minutamente tutte le parti di ogni edificio dentro, e fuori. E questa via abbiamo seguitata noi, come si vedrà nel progresso di tutta questa nostra descrizione, alla quale essendo omai tempo ch'io dia principio, porrò prima quì appresso il disegno d' un solo edificio in tutti tre i sopradetti modi, perchè appaja ben chiaro quanto ho detto. Se poi nel rimanente io averò tanta ventura, quanta mi viene in ubbidire, e servire a Vostra Santità, primo e supremo Principe in terra della Christianità, siccome potrò dire d' esser fortunatissimo fra tutti li suoi più divoti servitori; così anderò predicando di riconoscere l' occasione di essa mia avventura dalla santa mano di Vostra Beatitudine; alla quale bacio umilissimamente li santissimi piedi.

# No. CCXII.

(*Vol.* iv. *p.* 430.)

*Parid. de Grass. Diar. inedit. ap. Bib. Pub. Parisiis.*

DIE 24 Novembris, hora quasi prima noctis, audivimus bombardas in signum lætitiæ ex Castro Sancti Angeli ob Mediolanum captum a nostris militibus, cum nostro Legato Cardinali de Medicis, qui in civitatem Mediolani cum exercitu Apostolico ingressus esset, direptis Gallorum castris. Et cum vix crederemus, publice per urbem ferebatur, Papam ex hac captura multum lætum esse, tum quia ex favore suo Galli essent ex Italia pulsi, etiam dicebatur ipsum Legatum Cardin. de Medicis futurum Ducem Mediolani pro Duce Bari, qui in Ducem Mediolani suffecturum se putabat. Sed quia Cardinalis iste de Medicis dicebatur cum Imperatore et ipso duce Bari sic composuisse ut ipse Cardinalis cederet Cardinalatui et Cancellariæ et omnibus beneficiis quorum valor. L. mill. ducat. in favorem Ducis Bari, qui Dux Bari cederet juri suo super ducatu Mediolani in favorem legati, et quod sic Papa lætabatur propterea ut nunquam plus lætatus fuerit intrinsecus vel extrinsecus, ita ut signa per triduum fieri curaverit. Et a me fuit quæsitum Papa an vellet aliquas Deo gratias agere. Et papa respondit quid sentirem. Ego respondi quod quando bellum est inter principes Christianos, non solet gratulari Ecclesia, nisi Ecclesia habeat aliquid interesse, quo casu Papa faciet signa lætitiæ. Itaque si Papa habet aliquid interesse magnum, similiter et lætitiam faciat, et gratias Deo agat. Papa ad hoc ridens dixit quod bonum magnum in manibus haberet. Ego replicavi quod et magnas gratias Deo redderet. Et respondit quod die Mercurii

teneret

teneret Consistorium et quod recordari facerem. Et cum hæc diceret cubiculum ingressus est, ubi cum aliquas horas quievisset, dictus est non bene se habere. Et sic die Mercurii non fuit Consistorium.

---

## No. CCXIII.

(*Vol.* iv. *p.* 433.)

*Parid. de Grassi Diar. inedit. ap. Bib. Pub. Parisiis.*

DIE Dominica, quæ fuit prima mensis Decembris, hora quasi septima, mortuus est Papa Leo X. ex catharro superfluo, absque eo quod aliquis prævidisset casum suum: nam Medici ipsum dicebant leviter ægrotare ex catharro concepto in villa Malliana. Ego vocatus sum hora quasi nona ut irem ad parandum funus ejus; et ivi, eumque mortuum inveni jam frigidum quasi nigrum ex tumore catharri. Omnia solita præparari feci in funere Papali, et feci significari Collegio ut de mane venirent, prout omnes venerunt, videlicet 29 numero. Cum autem tantus populus esset in Palatio ut vix Cardinales ingredi possent, tamen cum difficultate ingressi sunt.

---

## No. CCXIV.

(*Vol.* iv. *p.* 435.)

*Parid. de Grass. Diar. inedit. ap. Bib. Pub. Parisiis.*

CORPUS hora noctis tertia vel circa fuit sepultum: sed ego videns illud tumefactum petii a Cardinalibus an placeret

quod ego facerem exenterari: et placuit. Et illo aperto, inventum est cor maculatum: et videntes Chirurgi et Physici dixerunt pro certo illum fuisse toxicatum, et maxime quia ipse infœlix Papa ante obitum sæpe doluerit sentire interiora sua quasi ex igne comburi. Itaque manifeste compertum est Papam Leonem venenatum periisse. Quæ res facile credita est, quoniam per aliquos ante dies quidam ignotus in habitu simulato ivit ad fenestram unam Monasterii Sancti Hieronymi, et vocato certo fratre dixit ei quod cras omnino iret ad Papam, et significaret ei qualiter venenum paratum erat sibi de proximo a quodam ejus intrinseco, non in cibo aut potu sed aut in natistergio aut in camiscia seu mappula. Et cum iste frater non vellet ire ad Mallianam, ubi tunc Papa erat, ivit ad Palatium et dixit Datario, qui illico ivit ad Mallianam et retulit hoc Papæ, qui illico misit pro isto fratre ut ad se Mallianam veniret. Et sic ivit et dixit Papæ quod prius Datario dixerat. Quo audito, Papa stupefactus dixit, si voluntas Dei esset, quod pateretur: sed quod caveret quantum posset. Itaque inde ad paucos dies veniens Romam ægrotare cœpit. Et cum ægrotaret sæpe dicebat quod intrinsecus ardebat, et verbis finalibus dixit se occisum et mox moriturum esse.

Et quia suspicio fuit de veneno propinato in vino, fuit captus quidem Camerarius pincerna Papæ simul cum Canavario a furore populi, ex suspicione, quia iste visus est urbe exire: et captus ductus est in Castellum, et postea sicut innocens, liberatus est; et conclusum Papam non ex veneno sed ex catharro mortuum.

# N°. CCXV.

(*Vol.* iv. *p.* 436.)

*From the Cottonian MSS. in the British Museum, Vitell. B.* 4, *p.* 209.

QUAM grave Vulnus acceperim ex acerbissima Sanctissimi Domini nostri morte facile est Majestati Vestræ existimare, ut nil mirum videri debeat si doloris magnitudine victus, non ante quid mei officii ratio postulasset ad illam scripsi; ita enim illo ictu conciderat animus, ut erigere se nullo modo posset. Cum primum vero me ex mœrore collegi, has ad Majestatem vestram Literas dedi, ut significarem eadem me in religione, omne tempus, studio atque animo futurum erga Majestatem vestram, quo semper ante hac fuissem. Nam tametsi permultum mihi a fortuna ademptum est de potestate illi serviendi, amoris tamen et observantiæ nulla deductio facta est; quia illam jam pridem cum primis et Christianis Principibus mihi maxime colendam proposui, cujusque benevolentiam omni officio mihi compararem; quam me ab humanissimo et gratissimo principe plenissime consecutum spero, cum in suis ac sui regni, cujus protector sum, negociis, studium meum ac diligentiam perspexerit.

Ornaverat Sanctissimus. Dom. noster Majestatem vestram Christianæ Fidei Defensoris cognomine, quod ad posteros quoque Reges transiret, amplissimo illo *decreto* quod maximo illustrique Regi *conveniebat*. Sed quum nova res et admirabilis visa est, in Rege maximo pietas et eloquentia tanta, amplioribus et non usitatis titulis, si qui reperirentur,

tur, illam exornare obtabat, ideoque habebat adhuc apud se Bullam summorum *cardinalium* consensu super Defensoris Cognomine confectam; quam nunc ad Majestatem vestram mitto, ut quum cætera illi debita Monimentorum genera mors præripuit, habeat hoc saltem summum atque extremum Sanctitatis suæ benevolentiæ ac judicii de se Testimonium. Felicissime valeat Majestas vestra, cui me quam humillime possum commendo. Roma, xxiiii Decembris, M.D.XXI.

Sacræ Serenissimæ Majestatis Vestræ,

Humillimus Servitor.

Sacræ Serenissimæ atque invictissim. Angliæ et Franciæ Regiæ Majestati.

---

## No. CCXVI.

(*Vol.* iv. *p.* 457.)

*Pierii Valeriani Hexametri, &c. p.* 78, *Ed Fer.* 1550.

THRENI, CARDINALE BIBIENNIO DEFUNCTO. AD LEONEM X. PONT. MAX.

NAM quo ducentis tanta ope Porticum
Passim fatiscentem ilicibus, LEO
Supreme, suffulcire tentas,
Ne trahat hæc subitam ruinam;
Ne tanta pessum machina corruat,
Ah ne Raphaelitis inaniter
Pictura vanescat, laborque
Qui superat veterum labores.

An tu Deorum scita adamantino
  Præscripta libro tollere sic tibi
  Confingis; immotasque leges
  Quas Lachesis tulit abrogare?
Verum omnem opem jam sedulitas tua
  Ut sumptuosis parietibus ferat
  Firmetque Palatî ruentis
  Omne latus, nihil hæ dederunt
Substructiones; si Bibiennius
  Heros, dicatæ nomine Porticus
  Dictus, vigens membris, et annis
  Tam subita opprimitur procella.
Illa illa fati nuntia Porticus
  Rimas ab imo fecerat, et malo
  Hoc destinato olim imminentis
  Prætulerat speciem ruinæ.
Quo concidente scilicet est tibi
  Pars magna cordis visa sequi Leo;
  Nec sarciendam ullum per ævum
  Ducere mensque, animusque labem.
Hic, sive rerum lumina Cosmidas
  Antiquiores, seu coleret novos
  Gnatos, nepotesque, ultro Amicus
  De tenero tibi lectus ungui.
Nam si laborum mole gravis nova,
  Et sæpe rerum pondere tristium
  Oppressus esses, hic solebat
  Sollicitum exhilarare pectus.
Idem gerendis haud rudis, haud piger
  Bellis, amica pace, precantia
  Verba audiendum, seu precandum
  Tempora, res, locus admonerent.
Nempe O quis, O quis doctus erat magis,
  Quocunque vellet corda potentium
  Movisse Regum, aut concitatis
  Sævi animis populi imperare?

Seu

Seu fluctuaret vestri avidus boni
  Sæpe æstuosis indomitus fretis,
  Temnens protervorum procellas
  Atque Noti, atque Aquilonis atras.
Quem Purpuratorum ordinibus patrum
  Magno Senatus concilio sacri
  Non immerentem adscribis, esset
  Qui fidei monumentum amatæ.
Sic ille multos admoneat jugum
  Ferre, et laborem, et dura pericula,
  Siquis clientelæ probati
  Se semel addiderit Patroni.
At corpus heu nunc exanimum jacet,
  Imago vana, elinguis, inutilis;
  Ullas neque audit de querelis,
  Quas miseri ingeminant propinqui.
Heu quæ Nepotum mœstitia, et lues,
  Quos nunc parabat tollere honoribus!
  Heu spes amicorum, heu clientum
  De manibusque oculisque raptas!
Ergo hic dolores, hic gemitus graves,
  Bernarde, et ægræ tot quærimoniæ
  Exaudiuntur, lacrymisque
  Lumina cuncta natant profusis.
Nec quærimus quo te pietas tua
  Virtusque leto occumbere nescia
  Sublimem inauratis quadrigis
  Intulerit radianti Olympo.
At tu novo dum lumine sidera
  Adscitus astris alta perambulas,
  Heroas invisens, et aulæ
  Ætheræ premis omne limen,
Divum memento Regem, alios Deos
  Omnes precando flectere, si piis
  Ullam hic quietem, sique honores
  Rite sibi cupiunt haberi;

Quos Juliano Parca pio impia,
Quos Laurò ademit tam male, quos tibi
Annos, benigne illos LEONI
Pontifici Decimo rependat.

---

## N°. CCXVII.

*(Vol.* iv. *p.* 483.)

*Sadoleti Ep. Pont. p.* 193.

DILECTO FILIO LUDOVICO DE ARIOSTIS FERRARIENSI.

LEO PAPA X.

DILECTE fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Singularis tua et pervetus erga nos familiamque nostram observantia, egregiaque bonarum artium et litterarum doctrina, atque in studiis mitioribus, præsertimque poetices, elegans ac præclarum ingenium, jure prope suo a nobis exposcere videntur, ut quæ tibi usui futura sunt, justa præsertim et honesta petenti, ea tibi liberaliter et gratiose concedamus. Quamobrem cum libros vernaculo sermone et carmine, quos Orlandi Furiosi titulo inscripsisti, ludicro more; longo tamen studio et cogitatione, multisque vigiliis confeceris, eosque, conductis abs te, impressoribus ad librariis edere cupias: cum ut cura diligentiaque tua emendatiores exeant, tum ut si quis fructus ea de causa percipi potest, is ad te potius, qui conficiendi poematis laborem pertulisti, quam ad alienos deferatur; volumus et mandamus ne quis te vivente eos tuos libros imprimere, aut imprimi facere, aut impressos venundare, vendendosve tradere ullis in locis audeat, sine tuo jussu et concessione. Qui contra mandatum hoc nostrum fecerit

fecerit et admiserit, is universæ Dei Ecclesiæ toto orbe terrarum expers excommunicatusque esto, nec non librorum omnium amissione, ac ducatorum centum (quorum quinquaginta fabricæ divorum Apostolorum Petri et Pauli de urbe, reliqui quinquaginta tibi et accusatoribus executoribusque pro rata adscribantur) pœnis plectatur. Mandantes propterea universis et singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, eorumque in spiritualibus Vicariis Generalibus, et aliis ad quos spectat in virtute Sanctæ obedientiæ, ut præmissa servari omnino faciant, contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVII. Martii, M.D.XVI. Pontificatus nostri Anno quarto.

JACOBUS SADOLETUS.

---

## No. CCXVIII.

(*Vol.* iv. *p.* 486.)

*Ex originali in Archiv. Vatican.*

LEONIS X. PONT. MAX. VITA, AUCTORE ANONYMO CONSCRIPTA.

SCRIPTURUS Leonis Decimi Pontificis Maximi gesta, ut quæque memoria digna visa fuerint, prius quam ea attingam statui ex ejus majoribus pauca repetere, quo clara magis omnia magisque in aperto sint. Formam deinde cultumque corporis ejus breviter enarrabo, ac de natura moribusque pauca disseram; hinc reliqua prosequar, ac nonnulla quæ iisdem temporibus

temporibus memoratu digna in Italia gesta fuerunt annectam; quæ si illustri brevitate complecti nequivero, qua, M. Tullii sententia in libro de Claris Oratoribus, nihil est in historia dulcius, aut si legentem copia aut orationis suavitate non potero detinere, at saltem veritatem quam maxime potero in lucem afferre conabor. Ex Cosmo itaque, Leonis decimi progenitore, initium sumo; is enim mercator opulentissimus atque in negotiis gerendis summi ingenii ac felicitatis vir, magnam apud Florentinum populum dignitatem gratiamque est consequutus; quæ ad Petrum filium transmissa, atque ab eo conservata, mox ad Laurentium nepotem pervenit. Isque eam maxime auxit; tantumque opibus, ingenio, ac calliditate effecit ut ejus nutu in libera illa civitate omnia gererentur, nihilque ei ad regnum præter regium nomen deesset. Cum itaque Florentinorum opibus ex voluntate uteretur, jamque potens clarusque apud omnes Italiæ principes haberetur, majorem natu filiam Franceschetto, pontificis ut ferebatur filio, matrimonio collocavit, cujus affinitatis gratia, Pontifex, Leonem hunc decimum, tunc Johannem appellatum, annum agentem sextum decimum, absentem, Cardinalem creavit; ea enim inter eos dum affinitatem illam contraherent pactio intercesserat. Nam Laurentius plurimum ingenio prospiciens, cum Petri primogeniti filii ingenium præceps cognosceret, ac potentiam in libera civitate suspectam periculosamque, nec satis firmam arbitraretur, Johannem filium magnum in Ecclesia efficere, omni ope, cura, diligentia adnixus est, qui labentis aliquando familiæ exilium calamitatemque, quam maxime pertimescebat, exciperet; quod certe haud aliter ac ratus erat contigit; eo enim mortuo, expulsi ex Florentia Medici, atque ex florentissimis opibus dejecti, Romæ inopes apud Cardinalem, ætatem agebant; qui eorum paupertatem atque exilium fortunis Ecclesiæ sustentabat, neque familiæ decus graviter concussum, suæ dignitatis splendore penitus interire sinebat.

Iis itaque ad hujus enarrationis lucem præmissis, rem ipsam aggrediar. Fratrum filios, si in eorum mentionem incidero ob communem loquendi usum Nepotes appellabo. Leo itaque Decimus Pontifex Maximus, natione Etruscus, patria Florentinus, ex clara Medicorum familia ortus, patre Laurentio, ea tempestate, ut diximus, summo viro, statura fuit excelsa, corpore gravi ac præpingui, capite ingenti, colore purpureo, vastis tumidisque oculis, ac mirum in modum exporrectis, hebetibusque adeo ut ne notissimum quidem, nisi admoto ad eos speculo dignoscere posset, quod in oculorum subsidium gestare solitus erat; latis humeris, quos a cervice haud longo spatio collum densum ac carnosum disjungebat; guttur fere totum mento obtegebatur; pectore amplo; ventre magno; fœmoribus cruribusque adeo expeditis, ut nec ventri nec capiti convenire viderentur; manuum candore maxime delectabatur, earumque nitorem gemmis ornatum sæpius haud sine voluptate spectabat. Quod ad valitudinem attinet, ulcere quodam quod fistulam vocant in inferiore parte corporis quæ plurima carne contecta est laborabat, eoque interdum graviter cruciabatur; nam cum intercludere turpleruмque sanies, retentaque fluere solita erat, eum ita perturbabat, atque ita de valetudine dejiciebat, ut præter ulceris dolorem febre etiam corriperetur, sed ea brevi solvebatur. A prima adolescentia latinis litteris eruditus, ac calliditate artibusque paternis ad deliniendos conciliandosque hominum animos instructus, postquam Romam Cardinalis profectus est, brevi incredibilem humanitatis mansuetudinisque ac bonitatis de se præbuit opinionem; mitis enim clemensque natura videbatur. Sermo illi erat suavis et blandus; ad simulanda negotia neque ingenium neque artes deerant. Juvabaturque ad id vultus quadam vastitate ad quæque dissimulanda aptissima. Cardinalium gratiam mira arte aucupabatur; ita enim cum eis agebat, ut non cum æqualibus, sed cum longe dignioribus versari videretur; ad hæc obsequi, cedere quocumque leviter urgerent, ingenium flectere, nihil cum eis contendere, cum

senibus

senibus graviter agi, cum junioribus jocunda tractare, eorum nuncios benigne liberaliterque accipere, dextra apprehendere, blande alloqui, atque interdum etiam amplexari; ita cum eis agere ut dominis referre cogerentur Cardinalem Medices optimum virum eorumque amantissimum esse; denique nihil prætermittere quod ad eorum gratiam ineundam pertinere videretur. Ad eorum autem animos alliciendos usus est opera potissimum Bernardi cujusdam Bibienæ Familiæ Medicæ alumni. Is enim vir facetus, ingenio haud absurdo erat, risum movere, jocunditatem colloquiis commiscere, sale atque facetiis opportune respergere, ac propterea Cardinalibus quibusdam, voluptati ac venationibus intentis, gratus erat maxime atque acceptus; eorum enim cupiditates moresque intus optime noverat, ac libidinis, si qua illis inerat, conscius erat. Ad hæc ingenii quadam facilitate blandiri, obsequi, prout cujusque cupido ferebat, ingenium declinare; contumelias atque opprobria inter jocos æquo animo pati, nihil se indignum putare modo se Cardinalibus illis gratum Dominum vero suum probatissimum ac commendatissimum redderet; ad consilia adhibitus aliquid ingenio valere. Joca atque seria oportuno loco agere, callide omnia dissimulare. Ceterum Bibiena natus oppido Etruriæ tenui, Rithmos quos Sonettos vocant, et alia hujuscemodi haud insulse perscripsit. Fuere ea tempestate qui affirmarent fœdus illud, quod inter Aragonensem, Cornelium, Saulum, ac Petrucium Cardinales, de imperio Leoni dando initum fuerat, ejus potissimum consilio atque calliditate fuisse percussum, quæ quidem opinio eo maxime invaluit, quod eum Pontifex postea maximis opibus cumulatum in amplissimorum Patrum numero conscripsit, eumque Cardinalem Sanctæ Mariæ in Porticu appellari jussit. Sic qui antea inops fuerat, ac nulla dignitate præditus, repente, tanquam somno beatus, amplissimæ dignitatis splendore præfulgens, undique opibus affluebat. Vixit autem regiis in delitiis ad octavum Pontificatus Leonis annum, eoque anno stomachi languore absumptus est, cadaverque ejus in Capitolinum

Capitolinum montem delatum atque in æde quam Aram Cæli vocant sepultum fuit. Quod vero ad Leonis ingenium attinet, venientes ad se humaniter honorificeque excipere, benigne unumquemque appellare, aditum ad se unicuique facilem præbere, infimum quemque audire, blande alloqui, neminem a se iratum aut indignatum dimittere, iracundiam vultu obtegere atque intra pectus acerrimam cohibere, et opportuno loco servare, nhil petentibus denegare, pecunias large effundere, atque eas ita contemnere ut tametsi exul atque egens esset, nunquam tamen in pontificum electionibus ullius opibus corrumpi passus sit; postremo nihil magis curabat, quam ut clementissimus liberalissimusque ab omnibus haberetur; quibus rebus et artibus brevi patrum ac Romanæ curiæ animos sibi conciliavit. Bonarum artium haudquaquam ignarus fuit: sed Musicæ præcipuam ac continuam operam dedit, inque ea tum sæpissime alios audiendo, tum interdum ipse canendo, magnam ætatis partem consumpsit. Cum Julius II. Pontifex bellum adversus Francorum regem, Ferdinando Hispaniarum rege socio atque adjutore, apud Ravennam gereret, eum legatum ad exercitum misit, pollicitus se post id bellum patriam ei restiturum; ibique, solemni surrectionis die, prælio acerrimo commisso, superatisque pontificis atque Hispani regis copiis, legatus capitur, Mediolanumque perducitur, ac cum inde in Galliam captivus trahitur, in agro Papiensi, nescio quo benigno fato, a civibus quibusdam ejus civitatis, ei ante illam diem ignotis, e Gallorum manibus eripitur, liberque servatur, ac paucis post diebus incolumis in Etruriam revertitur, ibique cum Hispanis potissimum copiis capto prius per vim ac direpto Prato, oppido Etruriæ celebri, Florentiam ingreditur, eaque potitur, ejecto Petro Soderino perpetuo dictatore, vel ut Florentino vocabulo utar *Gonfallonero*. Ac ne satis quidem compositis Etruriæ rebus, nuncio de pontificis obitu allato, Romam celeriter profectus, annos duo de quadraginta natus, cum summa omnium admiratione, Pontifex renunciatur;

competitoribus

competitoribus quam plurimis senibus gravissimisque Cardinalibus repulsis. Adeptus autem est pontificatum suffragiis potissimum Cardinalis Aragonensis, Cornelii, Sauli, atque Petrutti; ii enim pro eo acerrime decertaverant; nam tum quia magnam in eo spem collocaverant, mansuetudine ac bonitate quam semper præ se tulerat freti, tum etiam ut senes quosdam sibi infestos Cardinales repellerent, illi imperium tradere conjuraverant; quod quidem nunquam assequuti fuissent nisi bonitatis ejus opinio, quæ diu maxime invaluerat, Cardinalium animos deflexisset, tametsi Matheus Cardinalis Sedunensis acerrimi vir ingenii, eorum sententiæ sese vehementissime adjunxisset. Is enim eo anno magnas Helvetiorum copias Pontificis stipendiis adversus Gallos in Cisalpinam Galliam duxerat, quibus ex Italia expectaret ingentes opes, belli spolia. Magnifica dona acceperat, interque præcipua Viglevanum, oppidum satis amplum, mercatoribus opulentis refertum, præclara arce insigne, agrorum ubertate atque aquarum amænitate perpollens, venationibus aliisque principum deliciis maxime oportunum; abest autem a Mediolano viginti millia passuum, Novariam versus, paulo tamen diversus ad lævam, iter quod Papiam ducit, contingens; quamobrem Leoni imperium tradere summa ope adnitebatur, existimans eum sibi magno adversus Gallos præsidio futurum, propterea quod eorum regi ea tempestate infestus erat maxime atque adversus. Nam Florentini, superioribus annis, auctore Petro Soderino, cum eo rege fœdere atque societate conjuncti erant, ejusque potissimum ope atque auxilio Medicorum factionem depresserant; unde effectum est, ut Medici pontificis ac regis Hispani auxiliis, ejus regimini maxime adversis in patriam reducerentur. Sed Mathæi Cardinalis consilium non satis prospere cessit, tametsi ratione susceptum esse videretur, Pontifex enim magis sui commodi memor quam beneficii a Mathæo Cardinali accepti, cum eo Rege rediit in gratiam; quo deinde mortuo, cum Franciscus Anguillemi princeps, ad quem agnationis jure regnum pervenerat, cum magno exercitu in Italiam adventaret, Mathæus Cardinalis,

cujus consilio atque auctoritate in ducatu Milani pace pariter atque bello omnia gerebantur, cum viginti Helvetiorum millibus, quos ipse adduxerat, et Prosper Columna cum equitatu reliquiisque ducis copiis, obviam Regi propere ad Alpes procedunt, qua illi descensus erat in Italiam properanti. Eo ubi pervenere ducis copiæ cum parte Helvetiorum, sub ipsis montium radicibus considerunt; reliqui Helvetii montem conscendunt ad jugum usque quod pene montis summitatem attingit, ibique levi prælio commisso, cum Galli intercepta itinera animadvertissent, ex diverso per asperrimas Alpes, loca præcisa atque prærupta, antea inacessa, exercitus partem traducunt, consilio potissimum atque virtute Jo. Jacobi Trivultii, clarissimi ducis, locorum ac rei militaris scientissimi, ducemque hostium, nihil tale suspicantem, de improviso, cum omni gravis armaturæ equitatu, comprehendunt capiuntque, dum Itali pariter atque Helvetii, tam gravi tamque inopinato casu perculsi, non quidem terga dare, aut animo demisso esse, sed armati intentique vigilare, omnia circumspicere, nemini satis credere, non jam Alpibus aut locorum angustiis sed virtuti atque armis confidere. Verum cum Rex pecunia solicitaret Bernenses, Philiborgenses, Suorenses ac Valexianos, qui cum Helvetiis in castra venerant, jamque eorum fides dubia esse cæpisset, Cardinalis optimum factu ratus Mediolanum versus iter facere, signa canere atque ordines instrui jubet, simulque quadrato agmine incedere quasi præliaturos, ne fugæ simile videretur; ipse vero ductoribus Helvetiorum adesse, monere, hortari, uti meminerint sibi cum Gallis bellum esse, quibuscum sæpius feliciter depugnassent, Ducemque magis oppidanorum insidiis atque proditione, quam Gallorum virtute aut consilio fuisse comprehensum; neque esse Regis præsentiam pertimescendam, sed eam meliorem belli conditionem afferre. Primum enim, si viri essent, majorem esse ex victoria gloriam consequuturos; præterea pugnaturis bonam opem semper inesse debere; eam enim animos erigere atque ad fortitudinem excitare solere; se se tamen

tamen virtuti eorum confidere ut Regem in potestatem venturum speret; quod ipsis atque Helvetiorum generi, præter magnam vim auri quam ex eo habituri essent, immortalem gloriam afferret. Deinde belli spolia magis ampla magisque magnifica in promptu esse, propterea quod opulentissimi totius Galliæ Regem insequerentur, exercitumque eorum non minus auro ac purpura quam armis exornatum esse; Gallorum enim gentem magnum decus in magna luxuria magnisque sumptibus collocare; tantum fortitudine opus esse; quæ Helvetiis præ cæteris nationibus semper innata extitit; cæterum victoriam, decus, præterea gloriam atque opes prope jam adesse. Hæc atque alia hujusmodi commemorando, militum animos confirmat inceenditque. Deinde ubi in agrum Novariensem pervenerunt illi quos supra a Rege sollicitatos dixi, exercitum deserunt. At Cardinalis ductoresque pro re consilium capere, animo erecto esse, alios confestim ad id bellum accersere. Rex vero alacer ac spe plenus, magno animo prius, majori post captum hostium ducem, qua maxime aditus patet celeriter copias traducit, hostesque subsequitur. Sed ne longius quam deceat a Leone digrediar, hujus belli summam paucissimis absolvam. Verum puto tamen minime prætermittendum esse morem quendam Helvetiorum cognitu mea sententia non injucundum: hi enim hac ætate sæpius alienis stipendiis extra fines suos bellum gerunt quam ipsi de finibus aut de imperio armis contendunt; verum cum contigit eos Societatum nomine bellum inferre aut excipere, cornu quoddam ingentis magnitudinis, quasi commune omnium eorum societatum insigne, in aciem ferunt, et quam diu manus conserunt, cornifer ille horrendum adeo eo cornu canit, ac tremendas adeo ex eo voces excitat, ut non solum hostibus sed pene etiam cælicolis ipsis luctum atque cladem nunciare atque minitari videatur. Cum itaque magis societatum nomine quam Maximiliani Ducis stipendiis bellum adversus eum Regem suscepissent, cornu illud, ex vetusto ut diximus gentis more, in castra attulerunt. Cum Rex castra

posuisset ad vicum quem Samdonatum vulgo vocant, a Mediolano haud amplius quinque milium intervallo, jamque furentium Helvetiorum impetum animo cerneret, præfectos, centuriones, aliosque, qui cum aliquo imperio in exercitu erant, ad se venire jubet, atque apud eos hujuscemodi verba locutus est. Bellum hoc O fortissimi commilitones, præclare hactenus ac feliciter gessimus. Virtus enim nostra hostium consilia superavit ac vires jam prope contrivit; atque hoc quod votis vix expetere ausi fuissemus, hostium ducem prius cepimus quam eum armatum aut ejus signa conspexerimus; quod nisi me fallit animus, memoria nostra contigit nemini. Iter præterea Alpium interclusum, ac magnis hostium copiis obsessum patefecimus, ac ne gregario quidem milite amisso, hostes ab Alpibus summovimus atque repulimus; quæ omnia tametsi magna atque præclara sint, vana tamen erunt nisi eorumdem hostium nunc furorem atque audaciam compresserimus. Nunciatum mihi est eos se ad prælium accingere, jam jam enim feroces aderunt; quà propter vos huc advocavi, uti commonefacerem ne vos imparatos aggrederentur. Scitis quidem milites, genus hostium ferox esse atque indomitum, verum nobilitati ac dignitati vestræ impar, quocirca vobis acrius adnitendum est, ne illis virtute inferiores sitis, quibus longe dignitate præstatis. Nam etsi Helvetiorum nomen in obscuro esse non potest, propterea quod nullum sine eis in Italia geritur magnum bellum, singuli tamen per se ignoti sunt, ac minime clari, quantumque quisque eorum cæteris virtute præstet pauci sciunt; quoniam pari quadam audacia, patriis legibus ac disciplina astricti, pro gentis gloria magis quam pro laude propria, fortiter pugnare assueverunt. Vos vero cum unusquisque vestrum notus per se ac clarus sit, non solum gentis vestræ honos, verum etiam laudis propriæ conservandæ atque amplificandæ amor excitare atque inflammare debet. Nam si quis vestrum turpiter aliquid in prælio gesserit, turpitudo nomini ejus affixa per omnium ora volitabit, neque quisquam tam gregarius miles est, qui fœde

factum

factum cogniturus sit, nomen autem ejus qui fecit, si modo aliquis vestrum fecerit, sit ignoraturus. Cum itaque plura majoraque quam Helvetii in discrimen adducatis, magis vobis quam illis virtuti parendum est ac fortius dimicandum. Ego quidem, quod officii mei fuit, omnia ad victoriam opportuna atque necessaria abunde comparavi; quippe equitatum magnum ac virtute præstantem, fortissimorum peditum maximam vim, tormenta bellica multa atque idonea, neque vobis præterea neque militibus, stipendia, commeatus atque alia quæ ad belli usum necessaria sunt, unquam defuere; quæ omnia virtuti ac fidei vestræ credidi atque commisi; quamobrem cùm omnia vobis non solum ad salutem, verum etiam ad decus et gloriam suppeditata sint, cavete ne vos mihi vobisque ipsis defuisse videamini. Nam si ea quam semper existimavi vobis aderit virtus, victoria nobis in manu est; si vero hostium ferocitas atque audacia vobis terrori fuerit, virtutis ac dignitatis vestræ immemores, per socordiam vos meque perdere quam fortiter pugnando servare malueritis, pro certo habetote vos fœdissima morte graves pœnas esse daturos; fortitudo enim in prælio, gloria, salus, conjunctæ plerumque esse solent, ac contra timiditas, infamia, mors, alia aliam concomitari solet; postremo, ut brevi omnia complectar, si ex fuga salutem quæsiveritis, nulla turpitudinis vestræ erit excusatio. Egoque præterea omnium vindex ero, vobiscum enim una socius periculi adero, non ut Rex, aut Imperator vester, sed ut unus ex commilitonibus, testis cujusque virtutis, neque ullum præclarum facinus sine magno præmio esse sinam. Hæc ubi dixit, ordines instrui, tormentaque disponi atque ad prælium parari jubet, simulque imperat Germanorum peditum ordines in prima acie collocari. Hi sunt qui antiquo vocabulo Ruevi, nunc vero Lanzenechi vulgo appellantur; trans Rhenum incolunt, Helvetiisque finitimi sunt, ac cum eis olim continenter bellum gerere assueti; quamobrem cum virtute præstarent, et acri adversus hostes odio incensi essent, eos ad sustinendum eorum impe-

tum fortes atque idoneos existimavit, accedebantque iisdem ordinibus atque eadem disciplina, neque impari fortitudine; militant eadem cum prodigalitate; in ferrum atque in tormenta bellica irruunt. Deinde equitatum ita disponi jubet ut hostes ab latere invadere, atque eorum ordines, in quibus omnis disciplina, omnisque salus consistit, perturbare atque pervertere possit, parique loco consistere octo millia Aquitanorum, quos Vasconas vocant: hi sagittis magnam hostibus stragem inferunt. Vixque jam Regis jussis obtemperatum erat, cum magnis vocibus conclamatum est hostes adesse. Tum Galli repente tuba canere, timpanorum militari sonitu animos excitare, arma distringere, signa atque ordines subsequi, alius alium hortari animo intento paratoque esse, primum omnium tormentis, quibus plurimum valent, hostes eminus propellere conantur. Fit eorum magna clades; jam enim integros pene artus, ac membrorum ingentia frusta ex eorum corporibus evulsa, cerneres volitare, totque ex confertissimo eorum agmine, quantumcumque longum est, uno ictu dejici atque prosterni; ut qui prius conglobati atque in unum densissime coacti erant, continuo aperiri, ac medio quodam inter se itinere disjungi atque separari viderentur; moxque calcatis seminudisque corporibus, rursus conglobari atque redintegrari, neque tam immani clade deterreri aut retardari possunt, sed incredibili ferocitate, ingenti horribilique gemitu ex cornu illo excitato subsequente, tripartito agmine infestis signis incurrunt; magnumque tribus in locis impetum faciunt, quem Germani non modo fortiter excipiunt sustinentque, verum etiam adversus magna vi incurrunt, inque eas manus gradum, corporaque ferro incumbentia inferunt. Prælium acerrimum committitur, cum uterque in acie mori quam pedem referre malit; at equites ab latere circumfusi, nihilo segnius magna vi urgent, ferocissimos concitatissimosque equos in hostiumque ordines immittunt, ac quam maxime perturbant. Vascones vero sagittarum silvas in Helvetiorum corpora conjiciunt, magnamque stragem faciunt; illi vero acerrime resis-

 tunt,

tunt, neque loco quem primum pugnando ceperunt dejici patiuntur. Rex vero inter Germanorum peditum turmas, ingens ipse, ingenti equo insidens, toto vertice cæteros suprastabat, incendebatque sua præsentia militum animos, oculis, manu pariter atque animo promptus, segniores alios voce, alios vultus severitate, increpans, ad bonam spem atque ad virtutem erigebat; fortiores vero nominans appellabat, monebat, hortabatur, spiritus addebat, animos augebat, præmia ingentia pollicebatur. Tum vero terribilis armorum fragor, feroces minacesque militum voces, tormentorum ingentes atque intolerabiles strepitus, tubarum clangor, horrifici timpanorum pulsus, cornuque illud Helvetiorum ad cujus ingentem ac luctuosum gemitum gigantum exercitus contremisceret, aures atque animos, ita concutiebant, ut terra, aer, cælumque pene ipsum, contremiscere videretur; crebri præterea tormentorum ignes, fumusque qui pulvere ac sulfuris fœtore permixto circumquaque volvebatur, postremo cædes luctusque, quibus omnia complebantur, horribile supra quam cuiquam credibile est spectaculum præbebant, eoque magis omnia exhorrescebant, quod cadente jam sole tenebris undique circumfundebantur. Audivi ego qui aderant affirmantes, inclinantem tum solem, ingentes flammas, quasi sanguine permixtas, evomere visum fuisse. Successerat tenuis lunæ fulgor, cum quo usque ad tertiam noctis horam ancipiti prælio pugnatum est; verum cum luna jam sese abdidisset, neque ob densissimas tenebras, satis ab amico hostis discerni posset, prælium diremptum est. Sunt qui dicunt, Regis exercitum tametsi acerrime restitisset, ad mille tamen passus pedem pugnando retulisse. At Galli pariter atque Helvetii postquam ab armis cessatum est, non quieti, non cibo, non corporis curationi quicquam indulgere, sed armati intentique, quasi continuo præliaturi, omnia circumspicere, nihil satis tutum arbitrari, hostem semper adesse suspiciari. Rex vero cum proximo prælio nulla ratione hostium ordines perturbare, aut pervertere potuisset, ut nihil intentatum relinqueret,

equitatum

equitatum modo hinc modo illinc inter obscurissimas tenebras magna vi in hostes impetum facere jubet; illi vero nihilominus fortes acerrime resistunt, vestigiaque prius cœpta, aut constantissime premunt, aut in hostes gradum inferunt, eosque repellunt; illi re infecta ad suos se recipiunt, et cum totam noctem equites peditesque armati pugnam expectantes constitissent, adveniente luce Bartholomeus Alvianus cum auxiliaribus Venetorum copiis in castra regis venit. Tum Galli, quasi victoriam manibus tenentes, Helvetii vero nihil minus quam prælium exhorrescentes, rursus magna vi utrimque concurrunt; prælium atrocissimum redintegratur, et cum quinis aut senis horis magna cæde pugnatum esset, Helvetii, non quidem fusi fugative, sed catervatim, ordinibusque servatis, Mediolanum versus pergunt. Et cum jumenta eis quibus tormenta veherentur deessent, ipsi ea humeris, jumentorum loco, traxere, ac Mediolani proxima nocte quieverunt; postero die, cum stipendium postularent nec præstaretur, Comam versus iter faciunt, ac plurimis eorum relictis domum revertuntur. Tum vero in campis ubi pugnatum erat, horribilis facies esse armis, equis, cadaveribus omnia constrata, vulnerum genera multa immania foedaque, atque inter se diversa, prout quiquam aut tremendis tormentorum ictibus patentia viscera trajecti, aut sagittis confixi, aut cominus pugnando vulneribus acceptis conciderant, graviter saucii miserabiles voces emittere, eniti, exsurgere conari, rursusque prolabi atque concidere, moxque animam efflare; nonnulli, amicorum ope, sublevari, atque ad curandum duci, postremo spoliari atque omnia diripi. Rex vero, victoria potitus, Mediolanum cæterasquæ urbes ultro se se dedentes capit. Maximilianus autem, reddita Regi Mediolani arce munitissima in quam confugerat, in deditionem accipitur, in Galliamque, amissa libertate, perducitur. Tum Jo. Jacobus Trivultius Viglevanum, reliquasque opes superiore Helvetiorum victoria ademptas, ac Mathæo cardinali traditas, recuperat; ille vero, in Germaniam reversus de Episcopatus

quoque

quoque Novariensis possessione detruditur, quem ei Julius pontifex contulerat; privato Frederico Sanseverinato cardinali, cum quo nonnulli cardinales adversus pontificem conjurati, concilium ei Pisis indixerant, ac Ludovici Francorum Regis armis ac potentia freti, eum de pontificatu detrudere conabantur; quamobrem pontifex Romam citatos, nec imperio parentes, dignitate atque ecclesiasticis opibus privavit, quæ contentio divina omnia atque humana perturbavit. Res quidem memoratu digna in longius nos ab incepto traheret; exitum tamen referam. Ex Cardinalibus conjuratis quos Scismaticos appellabant nonnulli interiere; superstites, dum mortuo Pontifice per Tirrenum mare Romam versus iter faciunt, apud Pisas capti sunt, ac post aliquos dies Florentiam perducti, moxque Romam; ibique amplissima cardinalatus toga, atque omni ejus dignitatis splendore exuti, palam de errato in senatu confessi, petitam suppliciter veniam impetravere, simulque restituti fuerunt. Satis jam evagata est oratio nostra; tempus est receptui canere. Ad Leonem redeo, in quo maxime declaratum est, quanta sit in res humanas fortunæ potestas; cum is qui exul atque egens erat, ac captivus a barbaris trahebatur, primum ab ignotis hominibus, quos aliena calamitas commovere non solet, e captivitate eripitur, ac paucis post diebus patriæ dominatione, a qua multis ante annis ejectus fuerat, potitur, ac deinde, brevi intermisso spatio, summum est pontificatum adeptus. Hactenus quibus artibus, ac quanto fortunæ beneficio tantum imperium e senum Cardinalium manibus ipse ætate florens eripuerit, ut potui explanavi. Nunc vero quibus in pontificatu moribus vixerit paucis absolvam. Primum omnium in animum induxerat hilarem vitam agere, ac curis animique doloribus quacumque ratione posset aditum intercludere, ac propterea gaudia jocunditatemque, summo studio amplexabatur: ludis enim, jocis, ac cantibus omne fere otium indulgebat, sive quod voluptatis appetens esset, sive quod se diutius victurus existimabat, si animum curis atque molestiis vacuum

